





1.
2.
3.
3.
44.
45.
54.
56.
6.

1767.

1. Bodinus, Henricus: De jure collectandi unci cines.
2. Bodinus, Henricus: Dissertationem de jure quod
Differentia juris secularis Et harrivensis a jure civili
evolutum . . . publicae . . . inquisitioni submittit.
- 3^a Bodinus, Henricus: De statu reipublicae Germanicae
fundati
- 3^b Bodinus, Henricus, de: De statu reipublicae Germanicae
fundati et fundis regularibus. 1752
- 4^a Bodinus, Henricus: De Libris mercatorum suspectis.
2. Edit. 1707: 1724.
- 4^b Bodinus, Henricus: De Libris mercatorum suspectis Ed. 3.
- 5^a Bodinus, Henricus: De errore communi circa creatu-
ras, quae in scriptis conficiuntur.
- 5^b Bodinus, Henricus, de: De errore communi circa venditiones,
quae in scriptis conficiuntur
6. Bodinus, Henricus: Dissertationis juris de iung. continens
selectas conclusiones juris controversi.

- 7^a ₌ Boekner, Justus Henricus: De aberrantibus celeritatis
1707, 1723 & 1736
8. Boekner, Justus Henricus: De verbis directis et obliquis
9^a ₌ Boekner, Justus Henricus: De cordiculis absque testibus
validis 4 Squent. 1700, 1732, 1736 & 1744.
- 10^a ₌ Boekner, Justus Henricus: De collisione probationum
5 Squent. 1707, 1738 & 1761.

idie

is
us

4



M. B. nus de iure collectandi non curat.

[Faint, illegible handwriting in a historical script, possibly Latin or German, covering the upper portion of the page.]



3. 1/2
22.
58.
1707 40
5

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGVRALIS JURIDICA
DE
LIBRIS
MERCATORUM
SUSPECTIS,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRAN-
DENB. CETERA,

PRAESIDE
DN. HENRICO BODINO,
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI REGIS BORUSS.
CONSIL. ECCLES. IN DUCATU MAGDEBURG.
ET PROF. JUR. ORDIN.

Patrono suo summe devenerando,

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores & privilegia Doctoralia
rite & legitime impetrandi

IN AUDITORIO MAIORI

Die Decembr. MDCCVII.

Horis ante & pomeridianis

SOLENNI ERUDITORUM DISQUISITIONI

SISTIT

MICHAELIS DIEDERICUS MICHAELSEN,
HOLSATUS.


HALAE MAGDEVRGICAE,

Typis JOANN. GRVNERI, Acad. Typogr.

D I S S E R T A T I O I N A V G R A L I S J U R I D I C A
 D E
 L I B E R T A T E
 M E R C A T O R U M
 S U S P E C T I S
 R E C T O R E M A G N I F I C E N T I S S I M O
 D N PHILIPPO WILHELMO
 P R I N C I P E B O R V S I A E M A R C H I O N E B R A N
 D E N S E T E R A
 P R A E S I D E
 D N H E N R I C O R O D I N O
 S E R E N I S S I M E T O T T E N N I S S I M I S S I M O R O S B O R U S
 C O N S I L E C C L E S I A E I N D I O C E S I S I N K O E N I G S B E R G
 P A T R O N O S U M M O S I N H O N O R E S E R V A N D O
 P R O L I C E N T I A
 S U M M O S I N H O N O R E S U E H O N O R E S & P R I V I L E G I J S D O C T O R I S
 I N A D I T O R I O M A R I I
 D I E D I C T A T I O N E D O C T A
 H O L S T A T U S
 S O L E M N I E R U D I T I O N E M P U B L I C A M
 M I C H A E L I S D I E D E R I C U S M I C H A E L S S E N
 H O L S T A T U S

K A M M E R P R I N T E R I A
 T H I S J O H A N N G R A E F E R I A A N D T Y P O





L. N. 7.



Quemadmodum aliquam e-
jus, quam sibi quisque
pertractandam elegit, ma-
teriæ rationem, discepta-
tioni præmittere, recepti
moris esse solet. Ita huic
laudabili Instituto me sub-
trahere nolui. Placuit igitur potissimum de de-
cantatissima librorum mercatorum fide, pau-
cissimis differere & quatenus hoc privilegi-
um fundatum sit inquirere. Novi equidem
optime, omnes fere Doctores libris merca-
torum semi- plenam fidem in probationi-
bus etiam contra tertium attribuere, & hoc
privilegium in favore erga mercaturam fun-
da-

A 2

da-

datum & diutina consuetudine approbatum esse, contendere. Novi etiam hanc receptissimam in foro opinionem esse. Ast cum mihi gravissimæ sint rationes, quæ de iustitia dicti privilegii me dubitare faciunt, non amore singularis opinionis introducendæ, sed unice studio veritatis indagandæ, quam via disputatoria optime detegi posse arbitror, de LIBRIS MERCATORUM SUSPECTIS, in præsentî Disputatione agere constitui. Assistat benignissimum Numen, conamini meo, ut omnia in sui gloriam & Reipublicæ cedant salutem.

I. N. J.

C R P U T I.

De

ORIGINE ET PROGRESSU COM-
MERCIORUM, UT ET PRIVILEGIO
PRO MERCATORIBUS EORUMQUE LIBRIS
PRÆTENSO.

S Y N O P S I S.

Descriptio mercatorum & propo-
larum. §. I.

Genuensium & Bataavorum de-
claratur. §. V.

An braxatores & usurarii in nu-
merum mercatorum referendi?
§. II.

Progressus mercaturæ apud va-
rias gentes delineatur. §.
VI.

Origo mercaturæ incerta, proba-
bilior tamen est sententia eam
Tharæ tempore exortam fuis-
se, quum rerum pretium emi-
nens tunc probabiliter inven-
tum. §. III.

Et quæstio, num Principes & No-
biles salva sua existimatione
mercaturam exercere possint?
subjungitur. §. VII.

Apud quasdam gentes mercatu-
ra nullo fuit in pretio. §. IV.

Exorbitantia Privilegii, quod
mercatores libris suis depo-
scunt, paucis ostenditur. §.
VIII.

Quia luxuria aliisque vanis cu-
piditatibus & opulentia ortum
& incrementa dedit, quod ex-
emplo Italorum, Venetorum,

Illudque non ex Juris ratione, sed
Consuetudine & observantia
favore mercaturæ vulgo as-
seritur. §. IX.

§. I.

Magni quidem semper existimavi Celeberrimi Jcti Ulpiani in *L. 1. ff. de rebus creditis & L. 1. §. 1. ff. de suspect. tut. & curat.* monitum, quod quilibet de certa quadam materia dicturo aut scripturo commendat, & denotationem vocabulorum thematici propositi in aprico ponendam pro scopo habet, me tamen haud magnum errorem errare confido, si Laudati Jcti monitum ad voces intellectu difficilliores & variis sibi que invicem contrariis significationibus subjectas restringam, operam enim procul dubio omnem perditurus essem, si vocabulis in rubro presentis materiae obyeniens prolixius & anxie evolvendis inhærerem, & nodum in scirpo quærerem, cum nihil obscurum, ambiguum aut retrusum, sed rem levem, claram omnibusque cognitam in se comprehendant. Ecquis enim est, qui non ignorat, per librum hic non intelligi arborum cortices, quos Veteres, antequam usus chartæ & membranæ detegebatur usurparunt, sed potius per eum in præsentiarum denotari codicem seu Volumen rationum a mercatoribus conscriptarum *Guæd. ad l. 55. ff. de verb. signif. num. 9.* Aliqua tamen æquivocatio in voce Mercatoris notanda occurrit, non enim hic de ampla ac copiosa mercatura nobis sermo est, quæ integras Gentes commercio sociat, & subvenit communibus totius reipubl. necessitatibus aut commodis, quam non tantum nobilioribus, sed & ipsis principibus convenientem, infra demonstrandum. Sed sermo hic est de communi propolarum commercio, homini gloriam nominis & honestatem sectanti indigno, cum huic dediti omnem in eo artem collocent, ut sui commodi causa egregie mentiantur; Vid. ex Cicer. allegantem Luc. Opal. *d. offic. l. 1. c. 3. pari. alt. §. 1. sequitur vita genus alterum &c.* cum quo convenit descriptio mercatoris, quam **BENE-**

VENU-

VENUTUS STRACHA proponit; mercatorem esse dicens personam privatam, quæ negotiationum exercendarum quæstusque faciendi causa frequenter merces emit, vendit, permutat, venum exponit, exaggerat & nonnunquam leviter jurat aliisque imponit, *tract. de mercatura part. 1. num. 4.* Germanice: Ein Kauff- und Handelsmann. Hinc mercatores minorum gentium; ut propolas & retrovenditores die Kramer / Meckler / Materialisten / Hocken / Trödlers / qui merces minutatim emunt illasque in eadem civitate ad ulnas & pondera vendunt, vel ut Klockius in *tract. de arario lib. 2. cap. 20.* eos rectius describit, qui plerumque, quod emunt, carius & supra sortem distrahunt, egregie mentiri, pejerare, fraudare & imponere norunt, & plenius æquo laudant venales, quas extrudere volunt merces, non excludimus, item nec illos, qui vestes detritas sibi undique comparatas alienant; illi vero, qui una alterave vice actum emtionis venditionis exercent, nomen mercatoris minus recte sibi vendicant Baldus *consil. 495. l. 207. ff. de verb. signif.*

§. II. Nec movet me dubium ex L. 3. C. de Commercio & mercat. desumptum, quo minus ex mercatorum classe braxatores seu coctores & venditores cerevisiarum excludam, licet Henricus Michael in respons. 23. contra Schraderum *lib. 2. consil. 44.* hoc evincere & affirmativam ex lege adducta sustinere conetur, urgens potissimum sub vocabulo mercimonii, quod in dicta lege habetur, facultatem coquendæ ac vendendæ cerevisiæ comprehendendi, lubens enim ad Schraderi castra transeo, hac præcipue ductus ratione, quod braxatio officium sit, non mercatura: Brauwerer ist Manufactur und keine Kauffmannschaft Mevius *part. 5. decis. 16. num. 2. & 3.* Excell. Hert. *de paroemiis juris Germ. lib. 1. paroem. 61.* Opifex enim plerumque ille dicitur, qui sua industria pristinam formam alicujus rei in aliam mutat & convertit, mercator vero, ut ex descriptione supra allata apparet, est, qui res aliunde acquisitas non per ipsum mutata forma distrahit. Accedit,

dit, quod mercatura Autore Aristotele 1. Polit. 7. strictiori interpretatione Græcis dicatur ἐμπορία & tres saltem partes constituat, scilicet ναυκληρίαν, naviculariam Φορτηγίαν, operariam, παρδίασιν, institoriam, ad quarum neutram speciem coctio cerevisiæ commodè referri potest. Hinc Venditor & Braxator cerevisiarum nomine innato & proprio rectius caupo quam mercator appellatur, Sub nomine tamen negotiatorum tam opifices quam mercatores contineri ac hos omnes plebi annumerari, patet ex l. 6. C. d. dignit. juncta. dist. l. 3. d. Comm. & Mercat. in. fin. Hæc circa notitiam vocabulorum hac vice adduxisse sufficiat, accuratiorem qui delineationem exigit, adeat sæpius allegat. Stracham tract. de mercat. part. 1. pag. m. 341. & 342. seqq. Scacc. tract. de commercii & cambiis part. 1. quest. 1. num. 1. Marquard. tr. de jur. mercat. & commerc. singular. lib. 1. cap. 7. num. 9. Rösener. de lib. mercat. Add. Dn. Kleinii disput. de probat., quæ fit per libros mercator. c. 1. n. 45. seqq. Ubi adhuc quæstionem illam movet, an Usurarius Ein Rentener mercatoris nomine veniat, cum ille lucrum & quæstum pro fine habeat, decidit vero eam negative, quia in jure nostro mercatori contra distinguatur in l. 12. §. 43. ff. de instructo vel instrum. legat. & l. 5. §. 2. de instr. act. ego vero negotiatores pecuniæ, seu camparios, mercatoribus recte annumerari existimo.

§. III. Magis ad præsens institutum & argumenti pertractationem accuratiorem faciet, si originem & incrementa mercaturæ ex historiæ monumentis paucis repetamus, qualesve mercaturas veneranda antiquitas fecerit, rudilicet Minerva exhibeamus. Originem negotiationum quod attingit, primi illarum natales designari haud possunt, licet a vero non abluat, si eas a primis mundi incunabilis repetas, mercaturam vero ad Tharæ tempora, qui nummos primus invenisse dicitur referas. Tradunt enim sacræ literæ & libri historici, Josephum, in tempore venali maximam frumentorum copiam in Aegyptiis collegisse atque emisse, eandemque postea annonæ inopia & caritate incidente aliis iterum

ven-

vendidisse. *Genes. cap. 41. v. 49. & 56. it. cap. 42. vers. 6. & seqq.*
 Notum quoque est ex sacris bibliis præter Tyron & Sidon,
 quarum nundinas gens Israelitica frequentavit, *Ezech. cap. 27.*
n. 17. Emporium Ninivæ, cui propheta Nahum interitum mi-
 nitatur *cap. 3. vers. 16.* plures, inquit, *fecisti negotiationes tuas,*
quam stelle sunt cæli, bruchus expansus est & volabit, quæ ver-
 ba Lutherus in linguam germanicam ita transtulit: *Du hast*
mehr Händeler / denn Sterne am Himmel sind / aber nun
werden sie sich ausbreiten wie Käfer und davon fliegen. Alii
 inter quos Josephus, descriptor rerum judaicarum *lib. 1.* re-
 ferunt, jam Noë ætate homines mercatos fuisse. Alii rur-
 sus pastores & agricolas omnium primos rei mercatorie o-
 peram navasse profitentur, vid. *Joh. Georg. Simon. præsid. A-*
cad. disput. 9. de mercatoribus in præfat. cum tamen actus em-
 tionis venditionis absque pecunia numerata celebrari haud
 commode potuerit. Tutius itaque erit asserere, quod in-
 vento rerum pretio præsertim eminente, & mereatura fu-
 os invenerit asseclatores, nam quæ antea gestæ sunt nego-
 tiationes, nudæ permutationes fuerunt, quod inde dijudica-
 re licet, quia præter consensum & mercem certum preti-
 um, quod in numerata pecunia consistere debet, ad emtio-
 nem venditionemque jura communia requirunt, nam hoc
 deficiente contractus emtionis venditionis in permutatio-
 nem degenerat. *§. 2. Instit. de emtion. & vendit.*

§. IV. Quantum vero ad incrementa rei mercatorie
 spectat, paulo certiora nobis de illis præbet historia; Initio
 hic observandum esse puto, mercaturam non ubivis loco-
 rum suos invenisse æstimatores; In promptu enim est The-
 banorum exemplum, quippe qui mercaturæ exercitium præ
 fordidissimo æque ac vilissimo vitæ genere reputantes, prohi-
 buerunt, ne quis ullos in re publica honores ambiret, nisi
 per integros decem annos a mercatura destitisset, ejusque
 rei testimonia publica asserre poruisset, conf. *Arist. 3. polit.*
3. Lips. polit. lib. 3. cap. 6. cujus legis durioris, ut multis quidem

B

vide

videtur, ratio politica sine dubio hæc fuit, ne cives dulcedine divitiarum, quæ ex mercaturæ exercitio redundare solent, semel abrepti otiosique facti pacem bello anteferrent, & abjectis armis sibi interitum funestasque pararent exequias, Nam salus Græcarum civitatum plerarumque tunc temporis in bello & armis tot Græciæ scriptoribus testantibus, consistebat, quare non sine causa Thebanorum Imperator prudentissimus Epaminondas civibus suis tantopere dissuavit pacem & Meneclitis adversarii sui otium suadentis argumenta solide refutans inquit: *Fallis verbo cives tuos, quod vos ab bello avocas, otii enim nomine servitutem concilias, nam paritur pax bello, itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitari esse debent, quare si principes Græciæ esse vultis, castris est nobis utendum, non palastra* Cornel. Nep. *in Vita Epaminond. cap. 5.* Quemadmodum enim mercatura, si solo lucro metiatur, divitiis præstat, ita divitiæ comitem sæpius habent avaritiam, luxuriam & in explebiles cupiditates alias, quæ singulæ meticulosos & abjectos faciunt animos, qui odio habent bellorum dispendia & vitiosum pacis & otii desiderium ingemiscunt, quippe ejus beneficio negotia florent vigentque, de cæteris parum solliciti, modo ipsis mercaturæ suavitute & lucri dulcedine frui, cistasque auro atque argento replere liceat. *conf. Förstner. not. in Corn. Tacit. pag. 302.* Cujus illustre exemplum ex nostris temporibus afferre, forte odiosum foret. Eandem ob rationem sapientissimus Plato *lib. 4. de legibus in princip.* consilium dedit: Ut civitates longe ab ortu maris ædificarentur, ne commerciis sese cives nimis dedant, & spes lucri ipsis difficilis reddatur. Cujus dicti mox rationem subjicit, quæ verba interprete Marsilio Ficino latine ita se habent: Mare civitati proximum quotidianam quadam jucunditate eam afficit, verumtamen vicinitas ea nimium rêvera falsa est atque amara, tam mercibus & pecuniis componando si civitas repleatur, instabiles & invitos mores parit; Unde parum & ipsa ad seipsam & ad gentes alias fidem & amicitiam colit.

§. V. Non enim necessitas omnibus autor existit, ut cum gente exotica negotientur mortales, quia ea copia nonnullæ regiones divina benignitate superflua sunt, ut si non ad abundantiam, saltem ad vitam sustentandam sufficientes sint; nam paucis minimisque natura contenta est, cujus satietatem si superfluis urgere velis, aut injucundum quod infuderis, fiet, aut noxium. Boëtius *de consolat. philosoph. lib. 2.* Sed vaga libido animorumque luxuria apud plerasque gentes effecit, ut ea, quæ tellus propria ipsis præbuerit, fastidirent, & mercibus exoticis inhærent: Luxuria enim postquam semel animos hominum occupavit, quotidie majora capit incrementa & ingenio adjuvat vitia, primo supervacanea concupiscere cœpit, inde contraria, novissime corpori animum addixit, & illius deservire libidini iussit. Factum hinc est, quod mercatores in peregrinas longeque distitas provincias excurrentes non solum merces exoticas in patriam apportaverint; sed etiam vitia illis hæctenus incognita promte arripuerint, & innocentem patriam tanquam peste infecerint, quod Cicero *in Orat. 13. de lege agraria contra Rullum habita dolet*, dum inquit: Carthaginenses fraudulentis & mendaces non genere, sed natura loci, quod propter portus suos multis & variis mercatorum & advenarum sermonibus ad studium fallendi studio quæstus vocabantur; alio loco refert, Pœnos mercatura & mercibus suis avaritiam, magnificentiam & inexplebiles cupiditates omnium rerum supportasse. Haud ob alias rationes Galli & Romani sub initiis urbis & regni mercaturæ infensu fuerunt agriculturam & arma ipsi longe & anteferentes. Gramund. *Hist. Gall. ad annum 1620. pag. 271. Liv. lib. 21. & Suetonius in Domit.* Ast haud diu Romana gens in hac vitæ probitate & integritate subsistit, sed paulo post mercaturæ pretium suum statuere didicit, quamvis illius commercia circa armenta & res ad militiam pertinentes potissimum versarentur vid. præter historicos Rom. Gregor Tholos. *lib. 4. de re-*

publ. cap. 7. Verum enim vero non omnibus gentibus eadem sententia & opiniones infederunt, quæ Thebanis. Nam quod his turpe videbatur, id non solum aliis in terris citra omnem ignominiam exercebatur, verum & nostris moribus nefas non habetur. Novimus enim relatumque legimus Italos, Venetos, Genuenses, Anglos, Batavos se totos, ut ita loquar, mercaturæ jam a multis inde seculis confecerasse & hinc ingentes opes sibi comparasse. De Venetis enim Balthasar Bonifacius *in Epist. ad Dominicum Molinum* scripsisse fertur: Universas opes omnemque potentiam Italiae, Principis populi ex mari haustam fuisse, & iterum apud Thuan. vel potius Colinum ad Thuan. *lib. 51.* reperitur unico per orientem commercio Venetorum opes sustentari; Per hoc idem commercium urbs Venetiarum splendidissima facta in tantum fastigium erecta est, ut maris Adriatici domina recte appelletur. Genuensis reipublicæ situs ad mercaturam aptissimus cives ad commercia exercenda incitavit, haud infelici successu: Commercia enim dictæ reipublicæ caput, Genuam urbem, exiguis initiis tam splendidam & potentem reddiderunt, ut nisi Venetiis anteferenda certe iisdem non longe postponenda sit. Hujus enim reipublicæ maxima potentia ex hoc unico cognosci potest, quod Regis Galliaë exercitum non admodum metuerit, licet eam Anno 1685. globulis igneis in cineres redigere & fraudibus delere tentaverit, nam nihil amplius effecit, quam quod dirutæ aedes & palatia eo splendidius restauratæ fuerint. Batavorum commercia a multis quoque seculis nota fuerunt; Quemadmodum enim benigna natura Belgarum; terram in ea orbis parte constituit, ut maxima ejus pars mari, quod plurimum ad mercaturam facit, circumdita sit, *conf. Interesse von Zolland cap. 6.* Ita & hic homines ejusmodi genio ingenioque præditi convolarunt, qui omnes labores & gravissima pericula subire parati sunt, si modo aliquam inde sperare possint utilitatem; Nam, compertum cognitumque habemus

mus, vix ullum angulum in toto terrarum orbe superesse, quo Batavorum gens non penetraverit aut adire conata fuerit, qua opera & industria indefatigabili sibi Deos mercaturæ Vertumnum & Mercurium (si mihi more Ethnicorum fieri fas est) contopere conciliarunt, ut sedem suam fixam hic constituisse videantur, nam ulla vix provincia hujus magnitudinis reperitur, in qua negotiationes magis florent & in qua major mercatorum turba conspicitur; Huc pertinent, quæ Thuan, *lib. 50.* habet: Si artifices atque negotiatores alio emigrarent Belgii florentissimas & opulentissimas urbes ad summam solitudinem & inopiam brevi redactas iri. Quantas enim opes & immensum thesaurum ex mercatura Batavi adepti sint & in dies adhuc ex illa hauriant, me non momento, cuilibet patebit, si frequentissima ipsorum bella & hodiernum, quod cum Galliarum Rege adhuc hodie gerunt, æqua animi læce ponderat. Hæc quoque ratio est, quare Batavorum populus, si reliqui Germaniæ Principes copias adversus hunc turbatorem humanæ tranquillitatis ducunt, tam prompta & paratissima subsidia bellica suppeditare valeat. Egregium quoque ditissimorum ex mercatura reddituum specimen est, quod perillustri Baro de Puffendorff his verbis enarrat: Batavi, inquit, ex sola halecum & certi ejusdam piscium generis, quod Cabeliau, vocant, venditione quotannis ex magna Britannia habent millies trecentena & septuaginta duo millia librarum auri (Pfund Sterling) exceptis iis, quæ in Germaniam, Galliam, Italiam & alias Provincias transportantur & venduntur. Cui addimeretur exemplum, quod quidam Autor de Amstelodamo recenset, hoc unicum nempe emporium ad triginta quandoque millia aureorum in dies singulos ex vectigalibus habere, quamvis interdum & graviora apud Hollandos onera mercibus imponantur.

§. VI. Quæ cum gentes aliæ viderint tantamque utilitatem ex mercatura in modo recensitas respublicas redundare

dare animadverterint, non inferiorem sibi fortunam introductis commerciis pollicitæ, animum hostilem erga mercatores exuerunt, magnisque honoribus & egregiis plane beneficiis onerarunt, effeceruntque, ut reliqui cives pro statu reipubl. conservando omnes nervos intenderunt, animumque ad mercaturam magno cum studio & cura applicarunt, Sic cives Romani olim mercaturæ tantopere infensi, brevi post animum mutarunt, seque totos commerciis adeo tradiderunt, ut opulentiores & nobiliores urbis hisee delectati negotiationibus mercaturam exercuerint, sicuti ex Plinio, Livio & aliis scriptoribus patet, unde in municipiis aliquis aditus ad honores in patria petendos, negotiatoribus conceditur *l. 12. ff. de Pecunioribus*, cujus legis verba hæc sunt; Eos qui utensilia negotiantur & vendunt, licet ab ædilibus cæduntur, non oportet viles quasi personas negligi, denique non sunt prohibiti ejusmodi homines, decurionatum, vel aliquem honorem in sua patria petere, nec enim infames sunt, sed ne quidem arcentur honoribus. Quamvis verba finalia hujus legis, eundem ad casum si honestiores haberi non possunt, restringere videantur, unde & Gothofr. *ibid. lit. c.* notat, negotiatores nisi in subsidium ad honores admitti. Et quidem tantum in patria, non vero ut ubique dignitate excellentiori gaudeant per *l. 2. & 6. C. de dignit.* quo pertinet, quod cum Imperio in provincias missi dicuntur. conf. *Cicer. in Orat. in Verrem.* Tandem per totam Europam mercatura penetravit suosque æstimatores fere ubique reperit, hoc saltem servato discrimine, quod Nobilibus commercia exercere plerumque prohibitum esset, de Romanis notabilis occurrit textus in *l. 6. C. de dignit.* ubi negotiatores ab omni dignitate repelluntur. Simile quid de Germanis, Gallis & Hispanis Förstnerus testatur in *not. polit. ad Cornel. Tacit. lib. 3. cap. 6. num. 15.* quod ex duplici forte ratione factum esse censeo; Primo, quod potentiam nobilium libertati commerciorum obstituram esse, credebatur *l. 3. C. de commerciis.* Deinde quod mer-

mercatura obducat nebulam nobilitatis splendori, quia virtuti inimica est, variamque homini peccandi præbet occasionem ob vanum lucrum Bocerus *in tract. de Regalibus. cap. 2. num. 52.* cui & hæc ratio subungi potest, ne nobiles virtutes bellicas, quæ ipsis propriæ esse debent, desererent & mercimoniis sejdantes a virtutis studio & reipublicæ cura abstraherentur Illustr. Stryk. *in dissert. de jure navium cap. 2. num. 28.* Accedit, quod sint Vasalli principis & perpetuo in pro-cinctu stare, omnibusque momentis, si necessitas Domini ita esflagitaverit, militare debeant; Sie müssen Ritter und Lehndienste thun *I. Feud. §. pr. II. Feud. 22. in fin.* Notabilis eam ob rem est Henrici Aucupis constitutio de ann. 938. *in l. torneamentorum art. 2.* Das welcher von Adel durch Kauffmannschafft sich nehret / soll in tournier nicht zugelassen werden / add. Gold. *in Reichssetzung part. 1.*

§. VIII. Quare non pœnitebit paucis hanc questionem examinare; an Principi & Nobili liceat mercaturam exercere? Roth. *in disp. de commerciis institutiis §. 22. 23.* Zypffel *tract. von Wechselbrieffen pag. 564.* non dubitant eam affirmative decidere. Ast mihi distinguere placet, aut enim sermo est, de mercatura generali h. e. omnium mercium aut speciali, sive quorundam mercium, de posteriori assero, Principem absque existimationis jactura & suspitione monopolii aliquarum mercium mercaturam vice Regalium optimo Jure sibi vindicare posse, prout exempla testantur, quæ Illustrius Stryk. *in disput. de jure navium cap. 2. num. 33.* refert. Generalem vero seu omnium mercium mercaturam ad se, ut monopolium Principem rapere posse, non puto, cum subditorum interitum, quorum conservationem & incrementum pro virili querere debet, promovere tenetur. Nec Nobilibus commercia Oeconomica interdici possunt, vid. Mascardus *de jure Mercat. lib. 1. cap. 10. num. 18.* Ulterioribus autem se commerciis immiscere prohibentur, tum per rationem *l. 3. C. de commerc. & mercat.* scilicet ne perniciosi sint urbibus

bibus & plebejis propter ipforum opes & potentiam, ac emendi vendendique commercium difficile reddant, tum quia mercatura generositati Nobilium non convenit, add. Brunn. ad l. 25. ff. de LL. n. 5. ubi mercator nobilis creatus mercaturam deferere jubetur. Nec attendenda sunt, quæ Dn. Roth. in *disp. jam citata de commerc. infitor. §. 20.* attulit, existimans, Principes, Comites & Nobiles falsa ipforum nobilitate Dominos negotiationum esse ac per Infitores, factores commercia exercere posse; Quia huic asserto jam contradixit & solidiores doctrinas suppeditavit Illustr. Dn. Stryk. in *allegat. disput. de jure navium cap. 2. num. 34.* In fraudem legis, inquit, acturi essent, si ipsi per se hanc intermittentem mercaturam, nihilominus eandem per alios exercere conarentur, arg. l. un. C. quibus ad conduct. pred. fiscal. accedere non licet l. 2. §. 1. de administ. rerum ad civitat. pertinent. Consultissimum tamen est, cujusvis loci statuta & mores attendere: Scimus enim Venetiis, Genuæ, aliisque in locis mercatores plerosque nobili sanguine esse natos, attamen eorum potentia & opes nunquam commercii obstant, nec per mercaturam quicquam generositati decedit, cujus rei testis omni exceptione major esse potest insignis harum civitatum vigor atque decus. Memini quidem me §. 5. dixisse, negotiationibus multa vitia, maxime vero luxum in totum terrarum orbem introductum esse; verum enim vero, si ob flagitia mercaturam concomitantia principibus nobilibusque eam interdicerere velles, omnia commercia exterminanda, proferibendaque forent. Idem de Clericis & militibus actu militantibus iudicium esto; quamvis inficiandum non sit, hos præ illis merito a commerciis arcendos esse, ne illi a militia spiritali & hi a seculari abstrahantur. Gravior autem inde decisuque difficilior resultat quæstio: An mercatura conducatur reipublicæ? cum vitia supra enarrata illampreslo pede sequi soleant. Sed salva res est, si salutem & commodam rerum publicarum ex principis pseudopoliticis dijudicare malis,

mali, quam ex genuino illarum habitu ac forma, nemo enim hodie contra quotidianam experientiam contrarium defendere conabitur, quin potius cum Seneca *libr. 4. de beneficiis* fatebitur, mercatorem ita omnibus prodesse, ut medicum ægroto, cum per commercia compensetur, quicquid natura cuilibet terræ invidet *Illustr. Stryk. in præfat. ad disput. de jure nav.* Et hoc sensu Jctus Baldus *consil. 348. num. 4. Volum. 1.* recte mercatorum massam quintum elementum appellavit: vitia enim supra posita non mercaturæ imputanda, sed potius corruptæ hominum indoli adscribenda sunt, qui mercibus abusi fuerunt *conf. ea quæ habet Dn. Conring. in disput. de Commerc. maritim. §. 32. & Stracha de mercatoribus part. 2. num. 16.* Quadrant huc verba Augustini *lib. 1. contra Crescent. c. 23.* nulla, inquit, nulla, quamvis bona sint & utiliter instituta, non tamen omnibus hominibus sunt utilia, sed tantummodo bene utentibus. Multa quidem fateor de maximis illis detrimentis, quæ commercia reipublicæ bene institutæ adferunt longa serie adduci possent. sed hoc institutum meam operam longe excessurum credo, quapropter dicta sufficiant.

§. VIII. Postquam itaque mercatorum turba intellexit se ad beatitudinem reipublicæ haud parum conferre, elatioris atque audacioris facti sunt animi multaque sibi privilegia proprio ausu finxere, sic *ex l. 5. §. 1. ff. de jure immunitat.* immunitatem ab oneribus & tributis publicis elicere, non erubuerunt, licet verba legis de immunitate a muneribus seu officiis publicis, qualia sunt tutela, curatela &c. a quibus regulariter nemo erat exemptus, intelligenda veniant, hæc enim propter negotiationes & excursiones frequentiores administrare, nec rebus pupillorum & minorum recte legitimeque prospicere potuerunt. Nihil ergo singulare hic indulgentia est mercatoribus, cum & aliis hoc beneficium excusationis competat, ob rationes quas adducit *Lauterb. in compend. ad ff. libr. 27. Tit. 1.* Majus autem & longe præstantius sibi ad-

rogarunt mercatores privilegium pro sua, qua pollent, fingendi licentia, mediante quo libris suis, in quibus memorie causa debita consignare solent, tantam attribuerunt auctoritatem, ut omnibus, quæ ibi scripta vel corrasaleguntur, majorem fidem deposcant, quam Johannes Evangelista dictis factisque suis unquam tribuit, nam non solum contra sanæ rationis principia scripturæ privatæ in præjudicium tertii fidem adstruunt; Verum etiam peculiarem procedendum, qui ex processu executivo & civili mixtus compositusque est, ex libris, quos vocant, mercatoris elicere, satagunt existimantes, eos non tantum semiplenam fidem inducere; verum etiam juramento suppletorio locum facere, ita ut producens executive agere & recognitionem horum librorum ab adversario, quem morosum debitorem fingunt, efflagitare queat, insecuta verò recognitione ad juramentum suppletorium ut admittantur ex inexplebili animi aviditate cupiunt. Quod monstruosum & a communi Juris analogia exorbitans privilegium, si paucis inquiramus, statim deprehendimus, illud neque in principiis Juris naturalis fundatum, nec jure nostro Romano approbatum esse, quin potius contrarium ibi statutum decisumque deprehendimus, cum instrumentis domesticis seu privatæ attestatiōni & annotationi in probationibus nulla fides habeatur *l. 5. C. de probat. §. iul. proxime subsequenti 7. C. dist. tit.* ubi Imperator in hæc verba erumpit; Exemplo perniciosum est, ut ei scripturæ credatur, qua unusquisque annotatione propria debitorem sibi constituit. Quid ergo privilegii LIBRI MERCATORII ostendere possunt, cum nihil aliud sint, QUAM SCRIPTURA PRIVATA PROSCRIBENTE NIHIL PROBANS.

§. IX. Non desunt tamen, qui has privatas annotationes ex jure salvare & libris mercatoris, nescio quid privilegii, attribuire conantur, argumento ex loco comparatorum a nummulariis & argentariis ad nostros mercatores, ob quandam fictam similitudinem desumendo Munnoz. ab E-

isco-

feobar. *de ratioc. cap. 19. num. 25.*, quamvis minus recte; plane enim erat diversa ratio argentariorum & nostrorum mercatorum Ritterhul. *ad Nov. cap. 24. num. 3.* & Gyphan. *in disput. de pat. Bocer. Class. 6. disput. 14. thes. 79. Gloss. ad l. quaedam §. 3. de edendo.* Constat enim ex historia Juris luculentissime jam argentariorum ætate Romæ mercatores vifos fuisse; nihilominus tamen nec Prætor quidquam de iis edixit, nec ICti ullum casum de illorum libris proposuere vid. Donellus enucleat. Hilliger. *lib. 23. cap. 7. lit. b.* Quod cum alii Doctores animadverterent, privilegium libris mercatoriis vulgo adscriptum non ex juris ratione & assistentia, sed sola ex consuetudine, observantia & cæco nimium favore erga mercaturam petierunt, existimantes, favore mercaturæ a stricta juris ratione aliquantisper recedendum esse, test. Mevio *part. 5. decis. 175.* hoc innunt responfa Jctorum Rostoch. in causa G. B. E. & A. L. Ao. 1697. verba notatu digna. Gestalt sam nur allein favore mercaturæ per praxin mercatilem zugelassen worden / daß der Kauff-und Handels-Leuthe Bücher vim semiplenæ probationis pro producente in foro haben sollen / operæ ergo pretium erit, de hoc privilegio libris mercatorum vulgo adscripto & in quonam hoc præcipue consistat, paucis in sequenti capite edisserere.

C A P U T II.

De

IPSO PRIVILEGIO LIBRIS MERCATORUM VULGO ADSRIPTO.

S Y N O P S I S.

Privilegi libris mercatorum vulgo adscripti brevis repetitio & explanatio. §. I.

Diviso librorum mercatorum in ordinarios & extraordinarios subjungitur & exponitur, quid
C 2 fit

<p><i>str Strazzo, Journal & Mastro</i></p>	<p><i>jicitur, non obstante sententia</i></p>
<p>§. II.</p>	<p><i>Francofurtenfium contraria,</i></p>
<p><i>An libris Pharmacopaeorum, Mer-</i></p>	<p><i>dificante ira sententia Ctora-</i></p>
<p><i>catorem Cafrenfium hoc pri-</i></p>	<p><i>rum Rintelenfium. §. VIII.</i></p>
<p><i>viligium competat, deciditur,</i></p>	<p><i>Diffentium argumentorum refu-</i></p>
<p><i>& praedicta fubjiciuntur. §.</i></p>	<p><i>zatio. §. IX.</i></p>
<p>III.</p>	<p><i>Rationum, quae pro putativo pri-</i></p>
<p><i>Requifita libri mercatorii princi-</i></p>	<p><i>viligio adduci folent, enumeratio</i></p>
<p><i>palis, qui Mastro dicitur, varia.</i></p>	<p><i>& in caput fequens ablegatio. §. X.</i></p>
<p>§. IV.</p>	<p><i>Non expirat cum mercatore, fed</i></p>
<p><i>Mercatores privilegio hoc non</i></p>	<p><i>ad heredes tranfit, magis ex-</i></p>
<p><i>sunt orbandi, qui fortune in-</i></p>	<p><i>orbitans eſt, illa DDorum</i></p>
<p><i>juria bonis cedere, neceſſe ha-</i></p>	<p><i>adfertio, qui libris mercato-</i></p>
<p><i>beant, bene tamen bancorupto-</i></p>	<p><i>rum plenam probationem attri-</i></p>
<p><i>res falſarii & leſe fame. §. V.</i></p>	<p><i>buunt. §. XI.</i></p>
<p><i>Anceps de Judaeis controverſa eſt,</i></p>	<p><i>Quid de ſtatuto hoc privilegium</i></p>
<p><i>pro adfirmativa tamen ſtat</i></p>	<p><i>ſanciente ſentiendum. §. XII.</i></p>
<p><i>ſententia. §. VI.</i></p>	<p><i>An libri mercatorum morte con-</i></p>
<p><i>Porro, an libri mercatorum pro-</i></p>	<p><i>firmati plenam probationem</i></p>
<p><i>pria manu ſcribi debeant di-</i></p>	<p><i>fiant? negatur, & huic ca-</i></p>
<p><i>quiritur. §. VII.</i></p>	<p><i>piri ſinis imponitur. §. XIII.</i></p>
<p><i>Hujusq; diſquiſitionis decifio ſub-</i></p>	

§. I.

Propoſita in antecedentibus aliqua deſcriptione librorum Mercatorum conſiderandum nunc ſequitur ipſum privilegium, quod mercaturæ gratia iis vulgo a DD. attribuitur & in ſemiplenæ probationis favore conſiſtit. Adferunt enim vulgo Doctores, ſi mercator libros ſuos in iudicio ad recognoſcendum producat & inſuper in ſupplementum juret, plene probaſſe cenſeatur Gaill. lib. 2. obſerv. 20. num. 2. cum alias juxta communia Juris adſerta ſcriptura privata pro ſcribente nihil quicquam

quam probet. l. 5. & 6. C. de Probat. Wefenb. conf. 36. num. 7. vol. 1. Boër. decis. 150. num. 2. Gaill. observ. XX. num. 11. Menoch. de Arbitr. Jud. quæst. lib. 2. Cent. 1. cas. 92. num. 8. Cui hoc quoque singulare addunt, quod hoc juramentum suppletorium simul sit quasi necessarium, ita ut Judex etiam non imploratus mercatori, libro suo ita semiplene probanti hoc juramentum injungere teneatur Carpz. part. 1. Const. 23. Def. 1. & 2. Licet Judex alias in causis ad privatum commodum spectantibus officium non nisi imploratus impertire debeat, l. 4. §. 8. de damno infecto. Hæc tamen & alia privilegia nullam juris adfistentiam habere, sed sola prætenfa, quamvis Tyrannica & irrationabili praxi niti, infra demonstrabimus, si libros Mercatorum varios aliaque capita prius exhibuimus.

§. II. Plures solent mercatorum libri numerari, quibus tamen singulis privilegium semiplenæ probationis non æque competit; sunt enim alii extraordinarii alii ordinarii, in priorum numerum præcipue venit liber secretus das Geheime-Buch ab objecto, sine dubio dictus, quia secreta patrimonii continet, Kleinii disput. de probat. que fit per libr. Mercatorum cap. 1. num. 34. Ordinariorum tres constituuntur species (1) Diarium, quod stylo mercatorum audit, das Strazzo oder Glitter-Buch in quo congeruntur expedienda in nundinis Scacc. de Commerc. §. 2, gl. 4. num. 4. Hoc excipiunt (2) Ephemerides seu manuale, Gallice journal, Germ. Tag-und-Jahrbuch oder Register vulgo die Kladda in quibus reperiuntur, quæ singulis diebus gesta sunt h. e. credita ac debita, ordo tamen accuratior tam rigoroſe non observatur. Quodsi vero in his congesta in alium librum transportentur accuratiori observato ordine, & cuilibet debitori creditorique separata assignetur pagina, debita & credita ex adverso scribantur, (3) inde redundat species, quæ vocatur liber principalis das Schuld-oder Haupt-Buch vulgo das Mastro, cui ultimo potissimum privilegium sub initio hujus capituli recensitu-

tum competere ajunt. Nam non quamlibet scripturam mercatoris, sed tantum Mastro cum journali collatum & conjunctum effectum semiplenæ probationis habere, tradit Anfald. de Anfaldis *tr. de commerc. & mercat. disc. gener. num. 154.* add. Spatens *secret. Kunst. tit. von Bauffmanns Briefen* ubi multæ & variæ librorum mercatorum species enarrantur.

s. III. Quemadmodum autem hoc privilegium unice favorem commerciorum respicere volunt, ideoque omnes illi, qui mercaturam, uti supra proposita & delineata est, exercent, illud sibi vindicant. Imo & libris artificum ac opificum cujuscunque etiam generis sint, cauponum quoque aliisque chartis rapsodicis, in quibus credita juxta cujusque professionem consignata sunt, eundem effectum assignant, eo quod hi omnes aliquo modo ad classem mercatorum, supra delineatam, referri possint, *L. 6. de legat. 3.* licet dissentiat Zipffel. *tr. vom Wechsel-Recht sect. 1. pag. 18. in fin.* Klock. *de Contrib. & Collat. cap. 12. num. 265.* & quamvis artifices, caupones similesque aliquo modo a mercatoribus differant, non tamen apparet cur & horum libri ad probanda credita intuitu artificii contracta cum mercatorum libris eodem effectu gaudere & semiplenam probationem facere non debeant. Licet pro nuda privata scriptura æstimanda sint, cum non aliam autoritatem contineant, quam quod ipsorum producentium nomina ipsorum manu inscripta præ se ferant, ut sic qui in tali libro præscriptus invenitur, pro mercatore habetur. *Mev. ad Jus Lubec. p. 3. tit. 7. art. 21. n. 8.* Hinc factum memini; Pharmacopolas quoque ex suis libris actionem contra tertium instituisse, iisque ad recognoscendum productis, renitente licet adversario & recognitionem recusante, hanc obtinuisse sententiam: *Das Beklagter Einwendens ungeachtet auff anderweit vorhergehender Ladung die producirte original Handels-Bücher sub poena recogniti zu recognosciren/ und weil er solches in diesem Termino nicht gethan/*

gethan/ die dadurch verursachte Unkosten/ nach derer vorhergehenden liquidation und Richterlicher Ermäßigung zu erstatten schuldig; Aliud præjudicium exhibet Rölen. *rr. de Libris mercat. cap. IV. num. 119.* & sane cum eorum scientia æque in arte mercatoria & mechanica consistat. Non dubitandum illorum libris non minorem autoritatem quam aliorum mercatorum libris concedendam esse vid. Lauterb. Compend. *ad ff. lib. 22. tit. 4. pag. 429. citra fin. Illustr. Stryk. ad b. L.* Sed extra omnem dubitationis aleam situm non est; an libris mercatorum Castrensium vulgo die Marquatender idem privilegium veniat? Equidem non memini me quicquam de illis in contrarium receptum apud DD. invenisse, unde & affirmativam amplectendam esse arbitror, quia ipsorum labor & opera circa varia commercia maxime autem circa esculenta & potulenta versatur; ideoque horum professio quoque mercatura est & retrovenditio nis speciem exhibet; licet enim in eadem specie merces, quas emerunt non semper vendunt, sed frequentissime speciem immutant, nihilominus tamen hoc definitioni supra proposita non contrariatur. Quod si vero huic adfertioni calculum adjicere eamque consensu Tuo beare nolis, nescio quid de lanionibus coquis vulgo Garbochen/tracteurs und andern Speisen-Wirthen/censebis, quos tamen in numerum mercatorum referre, mihi non erit religio.

§IV. Non tamen simpliciter mercatorum libro principali fidem semiplenam in foro tribuendam esse volunt, sed saltem eo casu, quando nullo visibili vitio laborat; perfectus autem ut sit, a DD. requiritur (1) ut Mercator librum suum producens sit homo integræ ac bonæ famæ fideque dignus, qui veritatem scribere consuevit. *Carpz. Part. 1. Const. 17. Def. 35. 36. & 37. & Lib. 3. Resp. 58.* (2) rationes sua manu propria, ut conscribat; necesse judicat, *Gaill. lib. 2. observ. 20,* quod tamen negat *Martin. ad ordinat. Process. Saxon. tit. 20. n. 135.* cum allegato ibi *Menchio, Carpzovio, Brunnemanno, Nicolao*

lao de Passeribus & aliis, (3) Liber iste complectatur verosimilia & (4) negotia propria (5) ad mercaturam spectantia, nam alias nihil probat, quia in alienis fidem ei adhibere, absurdum & iniquum reputant *Mev. Parc. 2. Decis. 92.* Linck. *Disp. de semiplena probat. Thes. 4.* Conf. quoque responsum facultatis Juridicæ Rostoch. quod integrum refert Klein. in *Disp. de probat. que fit per libros mercat. cap. XI. num. 62.* (6) Habeat formam legalem ac debitam, h. e. data & accepta contineat, Illustr. Stryk. in *Disp. de semiplena probat. cap. 4. num. 45.* Linck. de ead. mat. th. 4. Lauterb. *Dissert. de jure in foro mercat. usitato* tb. 209. *Seac. de Commerc. cap. 9. n. 268.* (7) Tempus h. e. annum, mensem & diem notatum comprehendat, quo Creditum, Mascard. *Concl. 975. n. 66. vol. II.* (8) Causam obligationis expressam ostendat. Gaill. *cit. loc. n. 3.* Finckelth. *observ. n. 12.* quibus requisitis Dn. Brunn. in *Comment. ad L. 6. & Auth. seq. C. de prob.* adhuc (9) adjicit ut non confuse sed distincte omnia scripta sint, sed longe plura requisita recenset Du. Klein. in *Disp. sapius alleg. cap. 2.* eademq; tandem ad tria capita reducit, quorum aliqua ad personam scribentis aliqua ad materiam, quædam denique ad formam spectant. Ad cap. I. duo priora refert, ad II. vero tertium, quartum & quintum & tandem ad III. reliqua omnia requisita reducit & adhuc addit, quod (10) dictus liber proborum mercatorum more confectus & compactus sit, ac denique (11) justus, h. e. omnibus marginalibus, Apostillis, Cancellatione & Rasura carere debeat, quippe quæ falsi suspectas faciunt rationes privatas, imprimis si rasurae sint in parte principali seu substantiali conf. *Mev. P. 1. Decis. 241.* Umm. in *Disp. ad process. judicial. cap. 17. n. 19.* Nam Liber Mastro cum Journali alias probans fidem deperit, si ex eorum inspectione pateant, alteratio, error, interlineatura, superadditio, & apostilla, magisque si apparent abrationes, cancellationes & incisiones, Ansfald. de Ansfald. *tr. de Commerc. & Mercat. Dofcr. Gen. n. 155.* Qua de re legitimeretur Resp. Dnn. Schabinorum Hallens. hunc in modum disserens:

P. P.

P. P. Als uns derselbe ein Frage-Schreiben zugefertigt und sich darüber des Rechts zu belehren gebethen.

Demnach erkennen Wir ic. nach deren Verles und Erwegung vor Recht: Hat ein Kauffmann Mevius, aus einem producirtten von gar vielerley Händen geschriebenen/ hin und wieder ad perforationem usque radirtten/ cancellirtten/ mutirtten und inserirtten Exam-Büchern Jhn/ wegen einer angegebene[n] Handels-Schuld executive belangen wollen/ es ist Jhnz aber sich einzulassen bedenklich/ und dannhero will derselbe in rechten belehret seyn:

Ob aus einem Exam-Buche/ welches/ mit oben erwehnten vitiis behaftet/ executive geklaget werden könne/ und also Er/ als Beklagter/ solches zu recognosciren verbunden?

Ob nun wohl die Exam-Bücher ex consuetudine semiplenam probationem zu machen pflegen/ *Mev. Conf. 103. num. 4. Quoniam, qui sine Chirographo dato merces a mercatoribus accepit, tacite videtur permittere, ut mercator id suis libris inscribat, & se fidem eorum sequi velle, Brunn. ad L. 6. & Aub. seq. C. de Probat. num. 2. adeo, ut & probent, licet ipse mercator propria manu haud scripserit, modo ab infitore vel alio fide digno scripti, Carpz. Part. 1. Conf. 17. def. 35. num. 8.*

Dennoch aber und dieweil diese angeführte Auctores lediglich von solchen Büchern handeln/ welche ihre/ in denen rechten erforderte requisita unstreitig haben/ und sonsten sich ohne allen Mangel und Tadel befinden/ tunc enim mercatorum libri faciunt fidem si defectibus carent, suaque requisita habent, *Mev. Part. 1. decis. 241. num. 14. Tabor. Relat. Argent. 108. num. 8.*

Vergleichen aber von des Mevii Exam-Bücher mit nichten gesagt werden mag/ anerwogen selbiges Dem berichte nach nicht nur mit allerhand Händen geschrieben/ cum tamen liber mercatoris diversa manu & atramento scriptus esse non debeat, *Heeler. Loc. Comm. 12. n. 49. 50. 51. eo, quod ex diversitate*

te manuum falsitas arguatur, *C. cum venerabilis X. de relig. domib. ut Episcop. sint subjeſt.* Mart. *Proceſſ. Tit. 25. §. 1. num. 11.* ſondern auch ſehr radiret und cancellivet iſt/ da denn abermahls beſandten rechtens/ quod ſcriptura raſa falſa præſumatur, Barboſ. *lib. 16. Axiom. cap. 5.* & quod particulae libri mercatoris, abraſæ tanquam de falſo ſuſpectæ probationem non inducant Nicol. *de Paſſer. lib. 4. de ſcript. privat. qu. 21. n. 4.* ingleichen/ quod cancellata instrumenta nec recognitioni nec juratæ diſſeſſioni ſubjecta. Carpzov. *Proceſſ. lib. 14. art. 3. n. 61.* bey welchen Umſtänden denn mehrgemeldetes Examer-Buch vor ein ſolches documentum liquidum in keine wege zu halten / als zu Begründung des Proceſſus ſummarii, geſchweige denn executive allerdinges erſodert wird; So halten wir daſür/ daß aus demſelben wieder Ihm executive nicht geklaget/ noch Er zu deſſen recognition im Stande Rechtens angehalten werden kan. *B. R. W.*

§. V. Poſtquam ergo ex dictis conſtat, quid ad conficiendum libellum mercatorium Doctores tam ratione perſonæ ſcribentis, quam ratione materiæ & formæ requirant, diſpiciendum jam paucis eſt, quid de hiſce libris ſentiendum, in quibus talia requiſita deſiciunt, ubi omnium prima occurrit quæſtio: an mercatorum fallitorum vel bancoruptorum libris fides ſit habenda & ſemiplena probatio attribuenda? Et fane inanis foret diſceptatio noſtra, ſi de iis, qui propria culpa bonis lapſi ſunt, vel qui infortunium aliquot ſimulantes cum ingentibus pecuniarum ſummis hinc inde mutuo acceptis fraudulenter atque conſulto auſugiunt, fidemque frangunt, quæſtio inſtitueretur, cum hoc improbiſſimorum hominum genus in omnibus merito ſuſpectum, nulla commiſeratione, ne dicam privilegio dignum exiſtimandum, quia nullum infortunium paſſi ſunt, aut ſi quod tulerunt, id ſua culpa ſentiunt, omnemque fidem in dictis & ſcriptis amiſerunt. Verum hic illos innuo mercatores, qui injuria fortunæ & abſque præcedenti culpa ad

ine-

incitas redacti bonis cedere coacti sunt, hos enim mitius tractandos esse omnino æquitas suadet, ne ipsis omnis spes recuperandi bona ac debita sua exigendi adimatur; sunt enim ejusmodi mercatores injuria temporis ac fortuna læsi, ideoque tanquam personæ miserabiles favore potius, quam odio digni sunt, nullius quippe criminis argui possunt, nisi quod Vertumnum & Mercurium persecutores habeant, hinc illis, ut jam fatis afflictis, juxta vulgarem juris Regulam, nova afflictio nequaquam addenda. Strach. *de Mercat. Part. 3. p. 36.* qui adserit mercatorem vitio fortunæ propter insignem calamitatem conturbatum ad mercaturæ exercitium redire non prohiberi. Quid ergo hisce obstaret, quo minus quam alii mercatores ex libris suis juxta recensita requisita rite confectis contra morosos debitores tempore adversæ fortunæ agere & debita sua exigere possint. Marquard. *de Mercat. Pol. 4. cap. 8.* A Bancoruptoribus vero culposis aut spontaneis non multum distant falsarii, aut mercatores famæ suspecti, quare non abs re erit paucissimis quoque disquirere, quid horum libri in foro operentur? sed in promptu responsio est: si requisitum primo loco positum nobis ob oculos ponamus: nulla enim horum libris fides attribuenda, sed agentes exceptione suspecti libri statim a limine judicii repellendi sunt, quia infames in supplementum jurare nequeunt per vulgata jura. Idem obtinere reor, licet infamia ex admisso crimine falsi orta post celebratum contractum supervenerit, quia sufficit, jam tempore dicendi testimonii inhabilitatem adesse conf. Carpz. *lib. 3. Resp. 87. num. 11.* Lauterb. *Compend. ad ff. ad tit. 15. lib. 22.* Cui præsumtio de præsentem in præteritum capienda, accedit Menoch. *de Præsumt. lib. 1. quæst. 19. n. 3.* sed si quis sciverit, hunc vel illum esse impostorem & falsarium, & nihilominus cum illo contraxerit, ejus librum contra contrahentem omnino probare & tanquam falsum nullo modo rejici posse, ex hac ratione autumo, quia contrahens tacite exceptioni, quam alias contra falsarii li-

brum habuit, renunciassē & illius testimonium antea inidoneum, contrario actu approbasse, deque jure suo, quod cui-libet liberum est, aliquod remisisse censetur *L. 29. C. de Passis*

§. VI. Quum vero Judæi quoque aliqua infamiae macula adpersi vulgo credantur, quæstio ardua hinc resultat, an illorum libris mercatorii dictum privilegium attribuendum & semiplena fides iis adscribenda (maxime vero, an contra Christianos producti semiplenam probationem habeant nec ne? In diversas Jctos hic abire partes praxis quotidiana docet: memini enim in Causa Judæi A.M. contra N. N. librum ejus mercatorium forte ob rationes mox adducendas in prima instantia rejectum, in appellationis instantia admissum fuisse & processui executivo locum fecisse. Negativam qui definiunt, hoc potissimum utuntur argumento, quod libri mercatorum videantur esse vice testis, jam vero infidelibus & hæreticis contra Christianum testimonia dicentibus, regulariter jura obstare legimus in *L. 21. C. de heret. & Manich. & Samarit. Can. Ipsa pietas 24. caus. 231 qu. 4. Mynsing. Cent. 5. observ. 6. Mascard. de Susan. tr. de Judæo & Infideli part. 7. Cert. 5. n. 15.* Huic jungi solet commune odium, quod Judæi contra Christianos fovere dicuntur. Ast mihi pro affirmativa sententia fortiores rationes militare videntur. Nam sacræ æque ac profanæ leges volunt atque serio inculcant, justitiam absque habito personarum respectu administrandam & jus suum cuique tribuendum esse *pr. Inst. de Just. & Jur. 2* qua largissima juris & justitiæ administratione nec Judæi excludendi sunt. *Petr. Surd. decis. 139. n. 3. Socin. in Conf. 63. n. 17.* præsertim postquam in societatem civilem recepti sunt, ex qua citra violationem juris naturalis & civilis extrudi nequeunt, quia juribus humanitatis æque ac Christiani gaudent, arg. *l. 3. ff. de Just. Jur.* Accedit quod Judæi nostri, vulgo die Schug Juden pro certo annuo canone promissa publica a Principe securitate & libertate recipiantur & plena commerciorum exercendorum libertas ipsis concedatur,
quæ

quæ nulla ratione ac prætextu violanda est. Cum itaque actu mercaturam exercent & sub eodem Principe cum aliis mercatoribus Christianis vivant, ipsis æquale jus circa exercendam mercaturam competere debet, quo Christiani contra illos utuntur. Equidem codices Judæorum contra Judæos productos eundem valorem & fidem habere, quam mercatores Christiani libris suis deposcunt, neminem in dubium vocaturum esse, ex duplici ratione censeo; cessat enim hic præsuppositum adversus Christianos odium vid. Steph. Grat. *diff. forens. them. 5. cap. 842. n. 9.* & hæreticus contra hæreticum æque testimonium dicere, ac fidelis contra fidelem & Christianus contra Christianum potest. *L. 21. C. de Hæret. Manich. & Samarit. Can. si hæreticus 26. caus. 2. quæst. 7.*
An Laicij vel quilibet?

§. VII. Præcedentem quæstionem excipit alia in & extra forum summopere agitata, quæ huc redit: an mercatoris manus propria necessarium sit requisitum libri mercatoris principalis. Magna hac de re contentio inter Doctores est, dum alii affirmativam, inter quos fulget Gail. *lib. 2. observ. 20.* Menoch. *de arbit. Judic. quæst. lib. 2. cent. 1. cas. 92. n. 8.* Baldus *Conf. 278. Vol. 3.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 5. tit. 6. art. 4. n. 25.* Finckelth. *observ. 79. n. 15.* Roland a Valle *vol. 3. Conf. 92. n. 6. v. 2.* defendunt. Alii vero in negativas secedunt partes, quos inter sunt illustr. Stryk. *in diss. de semiplen. probat. cap. 4. n. 6.* illustr. Linck. *de eadem materia th. 4.* Hartmann. *Pist. obs. 86. n. 15.* Lauterb. *Concl. forens. Excert. 47. conclus. 17.* Carpz. *Part. 1. Const. 17. def. 35. n. 8. § 9. & Lib. 3. tit. 6. Resp. 3.* Proinde nolo hanc controversiam meam facere & tantis viris contradicere, quin potius illustrationis causa sequens Responsum illust. hujus Facultatis Juridicæ mense Augusti, 1702. datum ere mea esse puto.

P. P. Als derselbe uns einen Bericht nebst Bevilagen sub A. & B. auch zweyen Handels und Schuldbücher und einer Frage zugeschicket und sich des Rechtsens darüber zu be-
D 3
iehren

lehren gebethen; Demnach erachten wir zc. ic. nach fleißigen
Verlesen und Erwägung vor Recht;

Hat derselbe aus seinem mit gesandten Handels-Bücher
wieder N.N. hinterlassenen Erben wegen gelieferter Wahren-
Klage erheben/ und besagte Bücher ad recognoscendum pro-
duciret; Es weigern sich aber diese/ die gedachte Bücher zu
recognosciren/ und haben ihre Weigerung zu justificiren ein
responsum N.N. produciret/ weßhalb die Frage entstehet/
Ob die beyden erwähnten Bücher für richtige Handels-Bü-
cher zu achten und derselben daraus auff deren recognition
summariter zu klagen berechtiget sey?

Ob nun wohl Gegentheil vorwendet; als ob die Bü-
cher auch nicht von ihm selbst/ noch von einer/ sondern von un-
terschiedenen Händen geschrieben/ ingleichen radiret/ cancelli-
ret und mutiret wären/ hiernächst aber an dem/ daß bekandten
Rechtens nach/ libri mercatorum ihre richtige requisita haben
müssen/ un bewehrter Rechtslehrer Meynung nach gelehret wird/
quod libri mercatorum diversa manu & atramento scribi
non debeant, quia ex diversitate manuum falsitas oritur,
quodque scriptura rasa, potissimum autem libri mercato-
rum, in quibus rasura apparet, tanquam de falso suspecti pro-
bationem non inducant, ingleichen/ quod cancellata instru-
menta nec recognitioni nec juratae diffessioni sint subiecta
und in deren Betrachtung N.N. respondiret/ daß aus derglei-
chen Bücher nicht executive geklaget/ noch der reus zu deren
recognition angehalten werden könne. Dieweil aber dem
noch derselbe ein ehrlicher unbescholtener/ und in vollen cre-
dit stehender Handelsmann ist/ und nicht nur ohne dem von tes-
dem Menschen in Rechten præsumiret wird/ quod sit vir bo-
nus L. 57. ff. pro socio L. 81. §. qui dolo ff. de probat. Cap. 16. §. ull. de
Præsumt. Mascard. de probat. conclus. 222, 224. 378. sondern auch
inspecie von einem ieder Handelsmann dergleichen præsum-
tion zumachen/ Rutg. Roland. rr. de Commiss. p. 2. tit. 5. cap. 13. n.
9. Hiernächst aus dessen mitgesandten Büchern gar deutlich

zu sehen ist / daß er dieselbigen nach hiesiger Landen Kaufmanns Gebrauchen eingerichtet / in libris autem mercatorum singulorum locorum consuetudo spectanda est, Benev. Strach. cum aliis ibi citatis *Part. 2. de mercat. n. 59.* und nicht eben erfordert wird / daß ein Handelsmann seine Bücher selbst schreibe / sondern er darzu wohl gewisse Handels-Diener brauchen kan Strach. *d. l. n. 65. Decif. Gamuens. 31. num. 7. Marquard. de jur. mercat. L. 3. c. 9. n. 29. seqq. Carpz. pvt. 1. Const. 12. Decif. 53. num. 9. Mev. ad Jus Lubec. L. 5. tit. 6. art. 4. num. 23. Brunn. ad L. 9. ff. de Edend.* Bey dieser Bewandnuß aber demselben mit Bestande nicht vorgerücket werden mag / daß in denen Büchern unterschiedene Dinte und Hände anzutreffen / weil dieselbe eine Rechnung von vielen Jahren in sich halten / dazu denn nothwendig unterschiedener Diener Hände und Dinte gebraucht werden müssen. Ferner was die asserta DD. de requisitis librorum mercatorum, eorumque probationibus anlanget / dieselbe nicht als regulæ mathematicæ, quæ nullas patiuntur Instantias, zu betrachten sind / sondern sowohl von allen regulis probationum zu verstehen / quod in iis ubique iudex prudens arbitrium suum adhibere & pro re nata ex iustis causis ab illis recedere possit *Decif. Genuens. 36. n. 3. Decif. 128. n. 1. Decif. 191. n. 8.* als auch in specie, was der Handelsleuthe Bücher betrifft bewährte Rechts-Lehrer notiret haben / quod in eorum probatione & reprobatione dijudicanda multum sit relictum arbitrio iudicis, nec adeo strictæ sit in hærendum communibus eorum requisitis, ut omnia necessario concurrere debere existimer, unoque deficiente omnem illis fidem adimat, modo aliunde intelligere possit, nihil fraudis subesse Rurg. Roland. *d. l.* atsonderlich aber de rasuris & cancellationibus zu observiren ist / quod illæ, item, inductiones, superinductiones, apostillæ, marganalæ &c. in loco substantiali facta falsi suspectas reddant scripturas mercatorum, at si inveniuntur in loco non substantiali nec suspecto quod tunc liber non perdat suam fidem *Cap. 3. X. de fide Instr*

Ma

Mascard. de prob. concl. 241. num. 10. Mey. conf. 90. num. 13. seqq.
Und solcher gestalt / was Gegentheil von denen rasuren bey
ertl. Posten anföhrt / dessen Bücher nicht suspect machen kan.

So erscheinet daraus allenthalben so viel ; daß dessen
beyde Schuld-Bücher für richtige Handels-Bücher zu achten /
und er daraus auff deren recognition zu klagen wohl befugt /
auch Gegentheil seines Einwendens ungeachtet solche zu re-
cognosciren schuldig B. R. W.

§. VIII. Verum horum Virorum asserta commode
conciliari posse, opinor, si altera pars dissentientium sup-
ponat casum, quo liber mercatorius contra ipsum merca-
torem producitur, tunc enim factum proprium agnoscere
tenetur & si ille errorem vel dolum admiserit, sibi imputa-
re debet, quod tam vecordem & negligentem hominem e-
legerit: vid. Lauterb. ad ff. lib. 17. tit. ii. Sin vero manus sive
scriptura Institoris aut Boëthi contra tertium producenda,
de illius fide merito dubitandum est, partim, quia de scri-
bentis probitate ac vitæ honestate non constat, partim, quia
mercator salva conscientia in supplementum jurare nequit,
quò tamen jurejurando deficiente fides librorum mercato-
rum labascit nisi ipse institor aut boëthus præsens sit,
suoque testimonio debitum corroboraverit. Quod si vero
verò tempore dicendi testimonii absens sit institor vel boë-
thus, scriptura ejus privata contra debitorem non probare,
multo minus semiplenam probationem facere potest; licet
in libro principali inserta reperiatur, salva tamen aliud sen-
tentium opinione. Hanc enim controversiæ dijudicatio-
nem malo iterum aliorum, quam meis verbis decidere: Sic
enim Jcti Francofurtenfes in Causa N. N. contra N. N. d. 15.
Jan. 1703. post interpositam leutationem pronunciarunt;
Daß Beklagte die producirte Schuld-Bücher zu recogno-
sciren / und wenn Kläger dieselbe mit einem teiblichen Eyde in
supplementum bestärcket / die beklagte Posten zu bezahlen
schuldig; ubi has decidendi rationes subjunxerunt: Dieß
weiß

weil (1) insgemein Kauffleute auff guten Glauben handeln/
 und öftters ihre Wahren auff eine Zeitlang borgen müssen/
 also auch merckiren / daß ihren Rechnungen und Schuld-Bü-
 chern Glauben beygemessen werde / *arg. tt. ff. quod quisque jur.*
in alt. desßhalb (2) Denenselben saltem semiplena fides tribuiret
 wird/ modo mercator sit vir integræ famæ, & liber conti-
 neat ordine data & accepta causamque & diem debiti, *Carpz.*
Proc. Tit. 14. art. 5. n. 55. welche requisita (3) bey Klägers Schulds
 Büchern alle gefunden werden / massen Er ein unbescholtener
 Mann / der bey 60. Jahr seine Handlung geführet / die Bü-
 cher ordentlich eingerichtet / und zwar sehr durchstrichen und
 cancelliret / aber doch nicht ohne Unterscheid / sondern nur da
 die Posten bezahlet / getilget und abgethan ; wie dann (4) zwo
 Facultäten / Leipzig und Halle / die Bücher in Augenschein ge-
 nommen / und vor gültig und untadelhaft befunden ; hinged-
 en (5) N. N. die Bücher nicht gesehen / sondern nur nach des
 nen ihnen vorgestellten Umständen geantwortet / zumahlen
 ihnen berichtet / daß die Bücher von gar vielen Händen ge-
 schrieben / und hin und wieder ad perforationem usque radi-
 ret / cancelliret / mutiret und inseriret wären / welches doch zum
 wenigsten in denen passagen / auff welchen gelaget wird / nicht
 erhellet / vielmehr (6) eben deswegen / weil die Bücher in den
 meisten Orten cancellirt und ordentlich durchstrichen seyn / die
 Vermuthung zu nehmen / daß des weyl. N. N. Schulden / als
 welche unverseht stehen blieben / noch nicht gezahlet : An er-
 wogen (7) Kläger nicht ohne grossen und vorseßlichen Betrug
 die unter des N. N. Nahmen in seinen Büchern befindliche
 Wahren würde haben unberühret gelassen / da er auff beyden
 Seiten andere Schulden getreulich ausgelbschet und die Be-
 zahlung drunter geschrieben ; *dolus autem non præsumitur,*
L. 6. C. d. dol. l. 18. §. 1. ff. d. probat. (8) zwar von vielen Doctori-
 bus gefodert wird / daß die Krahm-Bücher von dem Kauffmann
 selbst mit eigener Hand sollen geschrieben seyn / *Gail. L. 2. O. 20.*
n. 2. Finckelth. O. 7. 9. n. 15. Mev. J. Lub. L. 5. T. 6. art. 4. num. 33.

E

Cœpp.

Coepp. dec. 46. n. 55. demnach (9) dieses requilitum nicht nöthig erachtet werden kan / wann nur durch einen getreuen Kaufs Diener / auff dem sein Herr sich verlassen kan / die Rechnung geführt worden. Quod enim quis per alium facit, idem est ac si facit per se ipsum, l. 5. §. 3. ff. d. admin. tut. l. 1. §. 12. ff. d. vi arm. (10) In weitläuffigen Handlungen es unmbglich ist / daß ein Kaufmann alle seine Rechnungen selber führe; Uber dem (11) offti Kranckheiten / notwendige Reisen / und andere Geschäfte ihn verhindern / die inzwiſchen ausgegebene Wahren mit eigener Hand anzuschreiben / und ihn nöthigen / zuweilen die ganze Handlung seinem Diener anzuvertrauen / da denn unbillig seyn würde / daß die Krabm. Bücher hiedurch ihren credit verlieren solten / Carpz. p. 1. C. 17. d. 35. n. f. deßhalb auch (12) einem Kaufmann frey steht / entweder durch sich selbst das juramentum suppletorium abzustatten / oder wenn er solches mit guten Gewissen nicht thun kan / seinem Kaufdiener zu produciren / daß Er beschwere / was von Ihm geschrieben worden / und woran der Kaufmann selbst zweifelt / ob es richtig sey oder nicht? Carpz. d. T. 14. art. 5. n. 59. 61. 68. Worauff (13) nach Abstattung des juramenti suppletorii die Schuld vor erwiesen gehalten wird / und Beklagter verbunden ist / zu bezahlen / Juramenti enim suppletorii finis est condemnatio debitoris: wiewohl (14) ihm unbenommen post juramentum necessarium propter instrumenta noviter reperia causam ex integro zu tractiren / l. 31. ff. d. jurejur. Oder (15) exceptionem solutionis, compensationis vel aliam idoneam zu opponiren / modo in continenti probari possit; Exceptiones enim liquidæ etiam in causis summaris & post condemnationem locum habent, l. 2. C. d. compens. Gart. L. 2. o. 17. n. 10. Berlich. p. 1. Concl. 84. Carpz. L. 2. R. 2. 3. Uß haben wir erkant: nunmehr so viel zu befinden. 20.

Econtrario Jcti Rintelenses deficiente mercatoris manu propria & boëthi scriptura substituta, libris mercatorum hoc ex fundamento fidem denegarunt, uti ex subjectis ratio-

rationibus, quas pro causa decidenda subiecerunt, collectu facile est: Weil Kläger die Schuld-Bücher quæst. nicht allein und privatim unter Händen gehabt/ und data & accepta darinnen angeschrieben/ sondern sich verschiedener Exam-Dieners/ de quorum fide non constat, hierinnen bedienet/ und demnach gar wohl seyn kan/ daß die Schuld quæst. bezahlt und in dem Schuld-Buch auszuthun vergessen worden. So sehen wir nicht/ wie sie beyder Beschaffenheit/ da er nicht allein/ sondern seine Examdiener zugleich mit die Einnahme der Schuld zu thun gehabt/ und also wohl seyn kan/ daß die Schuld einem seiner vorigen Exam-Diener ohne sein Wissen bezahlt sey/ schwerer könne/ daß diese Schuld nicht bezahlt sey. Cessat ergo semi-plena probatio & juramentum suppletorium *Gloss. & DD. in L. admonendi ff. de Jurejurando.* Nam cum de fide scriptoris certo non constat, nec mercator salva conscientia Juramentum suppletorium præstare & eodem scripturam tertii corroborare potest.

§. IX. Nec obstat commune Juris Brocardicon; quod quis per alium facit, id ipse fecisse putandus sit, quia hoc in præsentia materia hanc manifestam patitur limitationem quoad ipsum obligandum, non quoad alium, qui in substitutum non consentit; sic si e. g. testator alicui legatum sub conditione, ut in Galliam proficisceretur vel Epitaphium defuncto xstrueret, reliquerit, Legatarius alium substituere nequit, qui suo nomine dictum susciperet iter vel monumentum poneret conf. *Comp. ad ff. Lauterb. lib. 35. tit. 1. de Condit. & demonstr. & caus. & mod. eorum que in testam. scribuntur.* Nec porro obstat, quando adseritur, quod omne illud, quicquid in libro principali scriptum mandato, consensu & voluntate domini appositum, modo penes ipsum reperiat, præsumi, nam hæc levissima hominis conjectura tanti non est, ut contrariam præsumtionem elidere queat. Quum mercator & sibi & aliis optime prospicere, multaque incommoda & infinitas lites evitare possit, si vel ipse debita & credita sua manu

manu in librum principalem inferat vel saltem subscribat, quo sibi & aliis in oculos statim incurrat, hæc ejus jussu inserta fuisse. Plura hic quidem dubia circa supra enarrata librorum requisita moveri possent ex. gr. an liber sola data continens pro scribente? an omisso diei, qua creditum vitiet librum mercatoris? an libris mercatorum ultra commerciorum materiam fides adhibenda sit? & quæ plura his de materiis moveri possent dubia. Quoniam vero illa hæc ab aliis mota, decisa, responsuque facillima sunt, tempus in eorum resolutione frustra terere nolo, sed potius in causas inquiram, propter quas libris mercatorum magis, quam alterius boni viri scripturæ credatur, majorque fides a Doctoribus ipsis sit attributa, quoniam illud unice pro scopo habeo, ut ostendam, in quo error & abusus putativi hujus privilegii consistat.

§. X. Non possum ire inficias omnes Doctores quotquot evolvi hæctenus, causam hujus privilegii in maximo commerciorum favore collocare. Nam iniquum & æquitati minus consonum quibusdam videbatur; ejus fidem in dubium vocare velle, qui nostram fidem in vendendo secutus merces absque pecunia crediderat *tot. tit. ff. quod quisque jur. in alterum stat. ut ipse eod. utatur.* Nec metus illorum vanus videtur, qui civilis commercii perturbationem & reipubl. inæstimabile damnum crepant, si nulla fides libris mercatorum haberetur, quoniam hoc casu nemo futurus esset, qui animum ad mercaturam post hæc sit applicaturus, conf. *Carpz. Part. 1. Const. 17. def. 35. n. 4. Röfen. de libris mercat. Cap. 6. n. 40. Ayrex. process. hist. jur. cap. 9. obs. 8. n. 8.* Quid dicam de illa juris ratione, quam subjungunt, quod in causis mercatorum de apicibus Juris non disputandum, sed omnia ex æquo & bono decidenda sint: *Gail. obs. 20. n. 4. Wefenb. Part. 1. Const. 10. n. 40. Mascard. de Probat. concl. 975. n. 18.* His demum accedit argumentum ab argentariis & nummulariis desumptum & ad nostros mercatores applicatum. Sicuti enim ho-

horum rationes probationem acceptæ & erogatæ pecuniæ contra tertium fecerunt, quod ex editione librorum ipsis passim in legibus injuncta colligere satagit ex *L. 4. pr. & l. 10. pr. ff. de edendo*. Menoch. *tr. de arbitr. Jud. quest. lib. 2. Cent. 1. Cas. 91. n. 11.* Ita & libris mercatorum ob paritatem rationis semiplenam fidem habendam esse autumant, quoniam circa hos nihil mutatum esse adferit Munoz. ab Escob. *de ratioc. cap. 10. n. 25.* Denique rationes tutorum & curatorum quandoque fidem facere pro scribente plenis buccis decantant, quare itaque libri mercatorum inferioris conditionis & fidei esse debent? Verum quousque hæ rationes concludant & antantæ efficacitæ sint, ut semiplenam probationem scripturæ privatæ contra aperta jura attribuere possint, sequenti capitulo altius examinandum erit.

§. XI. Magis instituto & ordini consentaneum erit, paucis adhuc dispicere, an iste prætextus erga mercaturam favor in mercatoris persona desinat, an vero ad heredes transeat & devolvatur. Eundem ad heredes mercatoris transire unanimi calculo approbatum deprehendimus, hoc argumento prædicto edocti, quod heredes ex defuncti libro debitorem morosum accedente juramento suppletorio, quod tamen hic nomen mutat & jurisjurandi credulitatis speciem induit, convenire & præstito juramento eundem plene convincere possint Carpz. *lib. 6. Resp. 121.* Schöpff. *Comp. ad ff. lib. 22. tit. 4. n. 15.* Quod tamen ceu exorbitans & in favorem commerciorum receptum in exemplum non trahendum esse, existimant. Berlich. *Part. 1. Concl. 40. n. 41.* Setser. *lib. 4. de jurament. c. 12. n. 17. & c. 13. n. 7.* Magis tamen exorbitans est illorum Doctorum sententia, qui statuunt, quod liber mercatorius nonnunquam accedentibus quibusdam circumstantiis seu adminiculis plenam fidem faciat & integerrime probet. Verum enim vero si in duorum testium omnium exceptione majorum depositione veritas constet, indeque plena fides eruenda sit, attestante divina veritate, non video

rationem; quomodo liber iste mercatorius qui alias ob favorem mercaturæ unico testi omni exceptione majori comparatur & accedente juramento demum plenam probationem facit, per se nullo accedente juramento suppletorio plene probare possit? Quamvis etiam hoc lubens concesserim, si Doctores varia adminicula v. g. depositionem unius testis affirmantis, aut confessionem ipsius adversarii supponant, hanc sententiam faciliori consilio admitti posse, licet hoc casu valor plenæ probationis non isti libro, sed depositioni testis huic conformi præcipue adscribenda sit, quamvis solum unius testis testimonium semiplenam probationem tantum faciat.

§. XII. Ceterum non equidem pertinaciter probaverim, ejusmodi statutum per principem introduci posse, ut libri mercatorum integræ æstimationis, plenam faciant probationem, ob rationes quas collegit Dn. Klein. in *sepius alleg. disp.* (1) quia statuto legi & juri scripto derogari potest, per *l. 60. ff. de reg. Jur.* (2) quia eadem facilitate qua semiplena probatio libris mercatorum attribuitur, statuto, ut plenam fidem faciant, introduci potest, cum utrumque contra communes juris regulas sit, conf. *Mey. P. 1. decis. 241. n. 2.* *Menoch. de arbit. jud. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 91. n. 16.* *Gaill. lib. 2. obs. 20. n. 6.* quale statutum Bononiæ, Florentiæ, Francofurti ad Moenum, ut & in ditione Wartenbergensi ut & Norinbergensi vigere ibique libros mercatorum æque ac instrumenta publ. fidem in probando debito plenam habere affirmat *Ayrer. in Process. Just. Jur. cap. 9. obs. 8.* sed aliis in locis simile statutum aliquantisper restrictum, temperatumque deprehenditur, ad certam ac in statuto determinatam summam, tale statutum temperatumque multis in locis vigere ac florere deprehendimus, sic Mediolani ad viginti duos imperiales, conf. *status Mediolani cap. 360.* & Lubecæ ad 30. *Marcas*, quæ pro æstimatione nostra summam decem thalerorum efficiunt, *Mey. ad Jus Lubecens. Lib. 8. tit. 6. art. 4. n. 7.*

Co.

Codices mercatorum plene probant. Rursus aliis in locis non expressim est, quousque libri mercatorum plene probare debent, sed tantum generaliter statutum introductumque est, quod in summa exigua plena fides ipsis attribuenda sit. Quum autem quanta sit illa summa exigua nusquam a Doctoribus decisum deprehendi, quin potius propter personarum & fortunarum diversitatem & qualitatem summe incertam hoc esse animadverti; ad iudicis recurrendum esse arbitrium suadent Doctores: Jac. Mandel. *Concl. 95. n. 1. & n.* Verum enim vero cum per eiusmodi statuta nequitias hominum anse præbeatur & genti mercatili anchora & occasio alios impune circumveniendi & defraudandi subministrat, consultius esse iudico si tanquam exorbitantia & consuetudinem irrationabilem spirantia aboleantur & damnentur. Mascard *de Prob. concl. 975. n. 26. vol. 2.* & Strach, *intr. de mercat. tit. quomodo in caus. mercat. proced. n. 37.* Vigent tamen, ut audivimus, eiusmodi statuta quibusdam in locis, & Magistratus haud raro ipsis connivere solet, hinc non inopportune quaeritur, quæ Jura eligenda sint eo casu obviente, si mercator ejus loci, ubi tale statutum observatur contra extraneum & in foro, ubi Codicibus mercatorum plena fides non habetur, librum suum produxerit? An iudex juxta statuta, quæ obtinent in foro actoris, an secundum jura, quæ vigent in foro Rei pronunciare debeat. Mihi convenientissimum videtur, si adferam, quod iudex secundum istius loci statuta, ubi contractus celebratus & Codex iste scriptus jus dicere, Reumque condemnare debeat. Nec obstat, quod in foro litigii tale statutum non vigeat, sufficit enim quod Reus contrahendo in illo loco, ubi Actoris seu mercatoris liber privilegio hoc pollet, consuetudinem illius loci tacite rati habuerit, & statutis iisdem se submiserit. Jason. *in admonendi 31. ff. de jure jurand. n. 16.* & contractus in quo fuit observata loci solennitas obligat eum, qui in illo loco contraxit Gaill. *Lib. 2. obs. 8. n. 6.* Burgund. *ad consuetud. Flandr. tr. de*

ir. de statuto utrum expediat territor. n. 22. Bald. cap. 2. de Instrum. Strach. de mercat. tit. quomodo in caus. de mercat. proced. n. 31. Mascard. de Probat. Vol. II. concl. 975. n. 20. § 21. & cui ignota est trita illa juris regula: in decisoris locus contractus respiciendus non locus Judicii, Vant. de Nullit. rubr. ea defectu process. n. 56. Hert. sect. 4. de collision. II. cap. 58. p. 241.

§. XIII. Restat adhuc alius modus, quo libris mercatorum vis plenæ probationis à nonnullis Doctoribus attribuitur, qui est casus mortis; operæ proinde pretium esse puto, ut adhuc paucis disquiramus, an mercatorum defunctorum libri plenam inducant probationem? simpliciter illud affirmare videtur: Gaill. *lib. 2. observ. 43. n. 5.* dum inquit: liber rationum mortuo scribente absque juramento plene probat: quia mors vim juramenti habet, nec verosimile est, morientem falsam scripturam relicturum Jacob. Ayer. *in process. hist. Jur. Part. 1. c. 9. obs. 8. n. 7.* Ruland. *de Commiss. Part. II. cap. 13. n. 6.* Nimium hac ratione Doctores libris mercatorum morte confirmatis indulgere, exinde patet, quia mille casus eveniunt insperatæ & improspertatæ mortis, ubi tantum spatium non datur, ut pœnitere & confiteri non possimus, ea in libris & rationibus nostris falso illa vero recte conscripta esse: quia mors certa, hora autem admodum incerta. Nec deficiunt exempla illorum, qui sempiternam vitam sperantes, eamque sibi quotidie apprecantes gravissimam mortis vim despectui habent, & de pœnitentia, aliave mentis declaratione, scelerum vel factorum iniique admissorum, ne per somnum quidem cogitant, sed dum spirant, sperant adhuc, quamvis ea in mortis vicinitate constituti sint, ut ab omnibus pene corporis partibus sensus jam abcesserit, veriolem tamen Gaill. adsertionem (si quam probationem mors facere & scripturæ privatæ aliquam valorem & fidem dare possit) existimem, si supponatur casus, quo mercator contra debitorem actionem jam instituit & pro libro producto semiplenam fidem obtinuit a iudice

dice quoque jam iusjurandum suppletorium ipsi adjudicatum sit, quod non solum legitimo tempore acceptans, verum etiam certum terminum ad realem iuramenti præstationem præfigendum curavit, sed ad præstandum iusjurandum paratus repentino corripitur morbo, & paulo post inopinata morte extinguitur, eaque impeditur, quo minus jurare potuerit, tunc enim, si defunctus alias sit vir honestus & bonæ famæ mors circa probationem aliquid operari potest. Nam ejusmodi casu obviente iuramentum pro præfinito merito jure habetur *Mev. part. 7. decis. 233. & P. 4. Decis. 262. Borchold. de jurejur. cap. 7. n. 9. Paul. de Castr. tr. Vol. 1. Conf. 143. n. 1. Zas. vol. 1. Conf. 5. n. 58. Nec minorem fidem, quam iuramentum corporale mereri adferit Cravett. de antiq. temp. part. 1. sect. 4. n. 48. & Conf. 158. n. 7. Nicol. de Passer. lib. 4. descript. privat. tit. de lib. rat. n. 20. Cui adstipulatur Decius conf. 151. dicens, quod mors illius, qui scripsit, æquipolleat, ac si vivus jurasset, add. Mascard. de prob. vol. II. concl. 669. n. 55, quia neminem divini Numinis & propriæ salutis in articulo mortis immemorem futurum esse arbitratur, Menoch. lib. 5. Presumpt. 5. n. 1. l. ult. C. ad L. Jul. repetund. Affertur quoque ad corroborandam adfersionem a quibusdam exemplum Tutorum, Curatorum & quæstorum, quorum hæredibus non incubuit, ominus strictissimæ probationis, sed ipsorum libris fides fuit habita in partibus verosimilibus, quia mors non parum fidei scriptis defunctorum addit, differente Bald in l. comparat. num. 14. Barthol. in admonendi de jurejur. n. 27. Ubi notanda sunt verba; quod mors in partibus verosimilibus non parum fidei addat scriptis defunctorum, quoniam illa thesi proficere; an mors plenam fidem faciat libris defunctorum, aperte derogant & contradicunt. Hinc eam, ut falsam rejicit Carpz. lib. 10. Resp. 121. ubi late deduxit, quod sola adfertio seu annotatio mercatorum in libris rationum facta non mereatur fidem, quia nullibi a nostro Jure dispositum est, quod mors instar iuramenti esse aut iusjurandi efficaciam habere debeat,*

beat. Lege autem tacente non satis tutum est, aliquid adferere, præsertim, quum juramentum, quod mercatoribus ad fidem plene faciendam a Iudice defertur suppletorium, necessarium & solenne sit, quod per mortem remitti nequit, sed hæredes ut juramento librum defuncti confirmet, necesse est Mylius *de Lib. Mercat. cap. 8.* Duo enim vel plura specialia circa unam rem statuere pro absurdo reputatur, Berlich. *Part. 1. Concl. pract. 80. n. 53.* unde licet ex consuetudine & observantia libris mercatorum, qui alias, ut scriptura privata, nihil probare possunt, semiplena fides contra jus commune attribuenda esset, ulterior tamen favor absque autoritate legis circa unam eandemque rem non est fingendus *arg. l. un. C. de doris promission.* quibus rationibus addi meretur vulgatum illud dictærium: quod non omnis moriens præsumatur Johannes Baptista. Menoch. *de præsum. lib. 5. præsumt. 5. n. 7.* Surd. *decis. 135. n. 14.* præsertim cum specialis hæc adfessio in præjudicium tertii vergat, quo in casu morientis adfessione nullo modo credendum esse, testatur Menoch. *c. 1. præf. 29. ib. 4. n. 4.* Quamvis enim ex *l. 6. C. de probat.* appareat, quod rationes defunctorum inducant aliquam præsumtionem, hoc tamen ad plenam probationem cum Gaillio non est extendendum ob rationes ex Carpzovio desumptas. Consideravimus hætenus, quid libri mercatorum respectu tertii valeant, superest adhuc paucis perpendendum, an mercatores inter se libris suis aliquam efficaciam attribuere possint? quod facile eis largior, uti enim mercatores coire & collegium constituere, non prohibentur, modo legitima requirita observaverint, quæ hæc sunt, ut (1) ad minimum tres adsint personæ (2) ut profiteantur artem in jure non prohibitam & (3) impetrent superioris approbationem. Conf. Muller. *ad Struv. Syntag. Jur. Civ. disp. VII. tb. 41.* ita & legitimo constituto collegio, quin inter se varia statuta condere & exinde controversias mercaturam concernentia examinare & decidere queant, nullus dubito, cum omnes ex pacto teneantur,

tur, attamen hæc statuta neminem, præter illos, qui sunt de isto collegio stringere posse, notissimi juris est, nisi superioris autoritas & confirmatio accesserit, quo tamen casu non amplius utaturum, sed instar novæ legis provincialis obligationem inducit.

C A P U T III.

De

CAUSIS NON ADMITTENDI PRIVILEGII LIBRIS MERCATORUM VULGO ADSRIPTI.

S Y N O P S I S.

<p><i>Favor mercature magnus est apud vulgum & Doctores communes. §. I.</i></p> <p><i>Qui tamen falsa opinione ac irrationabili consuetudine patrocinator. §. II.</i></p> <p><i>Cum privilegium inde resultans in præjudicium tertii vergit. §. III.</i></p> <p><i>Et omni penitus fundamento destituitur. §. IV.</i></p> <p><i>Quum teste experientia tam ad mercatores integra vice ac fidei, quam fallitos Bancorruptores quosvis extenditur. §. V.</i></p> <p><i>Artificum quoque & Opificum libri haud privandi sunt isto, si quod esset privilegium. §. VI.</i></p> <p><i>Irregularis & mixtus admodum est processus mercatorum, quia de ordinario & executivo si-</i></p>	<p><i>mul participat. Kleinii tamen sententia nullo modo subsistit, sed correctio adhibetur. §. VII.</i></p> <p><i>Rationes, quas Rösener & alii mercatorum defensores pro hoc privilegio adlegant recententur. §. IX.</i></p> <p><i>Et singula summatim refutantur §. IX.</i></p> <p><i>Quibus votum de corrigendo vel publ. autoritate ac lege abrogando privilegio subnectitur. §. X.</i></p> <p><i>Excipiuntur tamen mercatores magnas negotiationes & engros exercentes, quorum liber totalis si non plenam tamen minus plenam habet fidem, sed non libri eorum parciales. §. XI.</i></p> <p><i>Ut & illorum libri, qui Banco publ. presunt. §. XII.</i></p>
--	---

F 2

§. I.

§. I.

Magnum quidem esse, asserique commerciorum favorem, commune Doctorum traditum unumquemque edocere potest, qui perspectum cognitumque habet Carpzovii adsertum, quod sine mercatoribus mundus vivere haud possit, *part. II. Const. 18. def. 7. num. 11. lib. 2. tit. 8. Resp. 92. n. 18. it. lib. 4. tit. 5. Resp. 122. n. 17. add. Philip. Decis. XC. 1. n. 12. seqq. pag. 1164.* Mercaturam enim sanguinem ac veluti principalem nervum reipubl. esse, quo vividum, vegetumque redditur ejus corpus, ac mercatores civitatis pedes, quibus necessaria invehuntur, superflua commode exportantur, indeque inexhaustus thesaurus, comparatur, non absolute negaverim, nec tamen exinde concludendum existimo, illis, quorum omne propositum in circumventionem aliorum consistit, viam aperiendam esse quas-cunq; fraudes præ aliis exercere ac sub specie majoris fidei, manifesta mercatorum vitia animiq; levitatem in damnationem aliorum protegere, quo inter alios admodum inclinare videtur Andr. Christ. Rösener. *iv. de libris mercat.* Quapropter in hoc negotio jus dicentis officium in eo occupatum esse debet, utrum quorumvis negotiatorum turba, tam exorbitans privilegium adfectare possit, ut ipsis eorumque libris major fides habeatur, quam privatæ scripturæ cujusque alterius etiam honestissimi ac probatissimæ virtutis viri, ad quod clarius trutinandum constitui de illo privilegio libris mercatorum vulgo adscripto, quod juxta superius tradita in faciendâ semiplena probatione consistit, adhuc paucissimis agere, & rationes pro eo pugnantes primum recensere, ac deinde ad easdem subnexa brevi refutatione respondere.

§. II. Ast mihi jam videor audire, mercatorum greges surreare & ad inveteratam consuetudinem, temporis diuturnitatem & Principis conniventiam instar legis scriptæ, firmatæ & radicatæ provocare. Consuetudinem enim loci, fidem scripturæ privatæ, cui alias parum auctoritatis & valoris attri-
buen-

buendum, optime supplere posse, tuto adferit Rösener. *cap. 3. num. 5. loc. cit.* quum tamen nec frequentia actuum, nec temporis diuturnitas, nec conniventia superioris sola consuetudinem efficiant, sed insuper dictante Gaill. *in lib. 11. observ. 31. n. 1.* consuetudinis æquitas & conformitas cum ratione requiratur, nam in vulgus notum est, malas ac perverfas consuetudines neque temporis diuturnitate neque conniventia principis neque frequentia actuum roborari, juxta illud tritum: Hundert Jahr unrecht / ist keine Stunde Recht. Et aureo caractere notandus est textus in *l. amipen. ff. d. LLscil.* Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus obtinere non debet; Et quod nec præjudicia ab ipso principe forte obtenta, juris rationem invertere debeant, manifestum est *ex l. 2. & 3. C. eod. vid. Oldendorp. observ. pract. Tit. 1. observ. 4. n. 19.* Illustr. Dn. Rhet. *in Meditat. Acad. pos. 9. de 7. & 7.* Verum autem rationabilitatem in illa, quam mercatores sibi fingunt consuetudine, deficere, cuilibet statim in oculos incurrit, si illam non solum iuri communi directo repugnantem *L. 5. & 7. C. de Probat. & L. 10. de testib. Mascard. de Probat. Vol. II. conclus. 975. n. 1.* sed & ab æquitate longa via aberrantem apprehendit, fidem enim mercatoris, aliorum virorum, licet æque honestorum fidei non solum præfert, verum etiam illorum scriptis, attestacionibus accedente juramento in propria causa plenam veritatem tribuit, sine omni teste, contra expressam juris divini sanctionem, quod veritas NB. omnisi in ore duorum vel trium testium subsistere debeat; *vid. Matth. 18. v. 16. & Deuter. 19. v. 15. Job. 8. v. 17. 2. Cor. ult. v. 1.* ut taceam, ab omni ratione alienum esse, ut in republica Christiana non inveniantur æque fide digni quam mercatores, atque hos solos in proprium commodum vera scribere præsumi. Neque etiam ad uniformem actuum frequentiam hic tuto provocare posse, experientia satis docet ac infra subiungenda præjudicia demonstrabunt, & licet expressum præ-

viilegium mercatores obtiniffent, illud tamen non tendere deberet in tertii præjudicium, nifi fuffinere velis, ob inconfultum favorem mercatoribus hifce privilegium alios impune decipiendi concessum eife.

§. III. Animus quidem mihi jam non efi, omnem favorem mercatoribus denegare, quin potius mercaturæ, ob fummam, quam reip. affert utilitatem omni modo favendum ac negotiationes promovendas eife, vid. cum Carpzovio, Mevio & aliis Dd. Excell. Dn. Præf. *er. abf. Fürfl. Macht. Bunft*/ exiftimem, abfiit tamen a nobis, ut mercatoribus in præjudicium tertii faveamus ac contra juftitiæ regulas peccemus, quæ inter alios hoc quoque exigunt, ne cuidam privata alterius annotatio noceat *arg. Cap. Nuper. 6. in fin. X. de donationibus inter virum & uxorem L. 5. & 6. C. de Probat.* Alioquin favor ifte inconfultus foret, & privilegium irrationabili confuetudine fuffultum induceret, quod non folum Juris Communis principiis contrarium & cum maximo tertii præjudicio conjunctum efi, fed etiam magnam nequitiis hominum feneftram aperit. Cujus farinæ præfens privilegium eife, quod libris mercatorum indultum efi & in femiplena probatione confifit, recte annotat, Nicol. *de Paffer. er. de fcript. priv. lib. 4. qu. 1. n. 8.* quia per illud haud leve præjudicium tertio inferitur, dum alicujus adferitioni feu fcripturæ privatæ magnam, a tertius vero annotationibus, licet æque recte riteque confectis, nullam tribuimus fidem, quo manifefto, omnium in rep. partes deteriores quam mercatorum redderentur, quum tamen nihil frequentius contingat, quam quod mercatores vel ex in curia, nomen debitoris in libro, quem vocant principalem, non deleant, vel ex malitia unum creditum a debitoribus exigant, eundemque ad illud exfolvendum, nifi Reus folutionem vel per quietantiam vel per testes in continenti probare poffit, adigant, quia per librum fuum debitorem femiplene, per juramentum vero fuppletorium eum plene convincere poffe, præfumunt. Cum etiam hoc hominum
genus

genus ad lucrum & turpiter faciendum in l. 44. §. 1. ff. de adli-
lib. editi. & redhibet. minor. cupidum & pronum dicatur, ut
 hinc Demosthenes in Phormione exclamet, ingens esse mi-
 raculum, si idem mercator industrius videatur & probus;
 non est, quod putes religionem jurisjurandi, ipsos ab hoc
 impio proposito avocaturam esse, quia ille, qui consci-
 entiam in uno credito binis vicibus exigendo negligit, nequa-
 quam ejusdem rationem in præstando jurejurando supple-
 torio habere præsumitur, quare recte exclamat Baldus, o! quo
 vadit anima mercatoris, in *Capit. cum causam 42. in fin. X. de tes-
 tib. add. Tiraquell. de nobil. 33. num. 1. usq. 13.* exempla hujus ad-
 ferti possent adferri fere innumera, quæ tamen, cum famam
 proximi lædunt & imminuunt, eadem malo silentio obvol-
 vere, quam in publicum propalare.

§. IV. Consultum magis judico, hujus consuetudinis
 seu prætensi privilegii, si modo nomine privilegii istud veni-
 re possit, causam indagare, quæ juxta Doctores in so-
 lo singulari erga mercatores favore absolvitur Mull. in *not.
 ad Struv. Syntag. Jur. Civ. disp. 8. §. 65. circ. fin. lit. g. Mev. Part. 3.
 decis. 123. n. 10. & Part. 2. decis. 206. n. 5. & Part. 5. decis. 175.* Hujus
 fundamentum sine dubio splendor & Opulentia fuit, quibus
 priora secula mercatores viderunt conspicuos, pro quibus
 insignis hæc militabat præsumtio, ipsos aliorum facultatibus
 nec inhiaturos nec propter leve aliquod lucrum pejeratu-
 ros & conscientiam suam duplici unius crediti exactione o-
 neraturos esse, an vero indistincte nostri mercatores illis, in
 quorum gratiam hoc privilegium indultum videtur, æqui-
 parandi sint, & an æque fortis pro his præsumtio militet, o-
 ptimo jure dubito, cum plerique illorum hanc bonitatis
 presumptionem variis contraventionibus quotidie elidunt,
 postquam res eorredacta est, ut plurimis Klockii descriptio
 superius cap. 1. §. 1. circa fin. allata haud incommode applica-
 ri possit. Nec incognitus est vulgaris ille Germanorum rith-
 mus:

An der Hunde Hinken /
 An der Juven Winken /
 An der Weiber Weinen /
 An der Narren Greinen /
 An der Eramer Schwestern /
 Soll sich Niemand kehren.

Merito itaque jure cum Metaphysicis a causæ cessatione ad cessationem effectus concludere licebit.

§. V. Cessare quoque sæpius dictum privilegium debet ob hodiernum abusum. Struv. *Syntag. Jur. Civ. Exerc. II. §. 31.* qui non solum in omni re damnatur arg. §. 2. *Inst. de his qui sui vel alien. Jur.* verum etiam in rebus indifferentibus & civilibus omnem usum tollere debet; Magis vero ille, qui in exercitio privilegii ex mera gratia ac favore introducti confpicitur *Can. privilegium 63, Cas. II. qu. 3. & Cap. Aut privilegia 24, X. de privilegiis. add. L. 6. §. 8. ff. si quis ommissa caus. testament. ab intest. vel alio modo possideat hereditatem.* Mercatores autem privilegio isto, quod libris suis vulgo concessum est, sæpissime abuti, nemo facile inficias ibit, qui exempla quotidie obvientia animo suo recta perpendit. Nam uti damnati jam abusus specimina varia in promptu sunt, ita nulla amplius fere inter mercatores integræ vitæ ac fidei, & circumforaneos deceptores, aut Bancruptores vel non admodum magna valet vigetque differentia. Non enim ut plurimum de existimatione scribentis amplius solliciti sunt Judices vel an quis præcedente culpa & luxuria, an vero citra culpam sola fortunæ injuria facultatibus lapsus & bonis cedere coactus fuerit? sed promiscue omnibus ad libros suos ceu lacram anchoram confugere conceditur; quibus debitores suos, quorum nomina ibidem inscripta reperiunt, aggrediuntur, & variis modis vexant. Verum si hoc privilegium fide mercatoris probata unice nitatur, illamque exuberantissimam requirat Finckelth. *obs. 79. num. 12.* non video rationem, quomodo illi de quorum fide non constat, multo minus qui fidem

fidem dolose fefellerunt, eodem gaudere ac frui possunt, e contra si hoc privilegium ullum juris colorem, aut æquitatis speciem præ se ferre deberet, maximo illis, qui ex manifesto infortunio lapsi ac de cætero ubique veraces ac candidi inventi sunt illud concedendum, cum his hominibus favore magis, quam odio dignis adhuc aliqua spes relinquenda sit, ea, quæ crediderunt, recuperandi, afflictio enim non est addenda afflictio *L. navis. 4. §. 2. ff. ad Leg. Rhod. de Jact. L. divus Marcus. 14. pr. ff. de Offic. Presidis*, salva quippe & inremetrata mansit illorum fides, quæ nec casu fortuito nec fortunæ injuria imminui aut labefactari potest Pet. Greg. Tholos. in *Synag. lib. 39. cas. 12.* Mascard. *de Probat. Vol. II. Concl. 975. n. 30.* sin vero ex vita ante acta constet, quempiam fraudulenter egisse, & flagitiosissimo & perverso vivendi genere fidem commaculasse, quisejusmodi decoctoris scripturæ privatæ fidem habere aut adscribere salvo jure & conscientia potest Mev. *ad Jus Lubec. Part. V. tit. 5. art. 1. seqq.* Menoch. *Conf. 40. n. 29.* Strach. *de mercat. tit. de decoctor. Part. 3. n. 39.*

§. VI. Patet quoque Iniquitas hujus prætensi privilegii ex eo luculenter satis, quod, licet libris mercatorum nulla specialis fides insit, sed ea, quæ jactatur fides, a fide scribentis unice dependeat, nihilominus tamen libri aliorum artificum ac opificum pari cura ac dexteritate confecti, quam mercatorum codices, rejiciantur, iisque in foro tanta fides non attribuat, cum tamen omnes, quas Doctores pro tuenda librorum mercatorum fide allegant rationes, commode horum quoque hominum libris, qui æque negotiæ reipublicæ necessaria ac utilia exercent, applicari possint; quare nec minori favore digni judicandi sunt. Cui & hoc accedit, quod neque artifices ac opifices pro quovis credito semper chirographum exigant, sed fidem debitoris æque, ut mercatores sapius sequantur. Quæ cum ita sint, ut præcipuæ rationes, mercatoribus cum artificibus & opificibus communes existant, factum inde existimo, quod multi Dd. libris

libris quoq; artificum rite confectis parilē fidem attribuant, illosq; eodem privilegio dignos judicent, quam mercatorum libros moti præcipue ob hanc rationem, quod horum libris intuitu artificii & contractus initi potius credendum fit, quam mercatorum libris fraudis ut plurimum suspectis. Illust. Stryk. *in not. ad Lauterb. Comp. de fid. instrum. p. 662.* Klein. *ad loc. cit. Lauterb. Compend. ff. cit. tit. pag. 429. in fin.* Schoepff. *in Synops. ff. dist. tit.* dato enim uno absurdo plures insequuntur, quamvis enim hæc sententia in praxi non ubique obtineat, nec desint Autores, qui illi contradicant, sufficit tamen, inde in aprico esse, quam lubrico fundamento prætensum mercatorum privilegium innitatur, illudque ex cæco erga mercaturam amore, magis, quam ex utilitate inde in rempubl. redundante ortum suum habere atque natales.

§. VII. Nihil impræsentiarum de irregulari procedendi modo dicam, qui ex monstruoso hoc privilegio redundare in iudiciis nostris invaluit & absolum plane in iure est, scripturæ propriæ, ejusque privatæ recognitionem in iudiciis petere, magis tamen exorbitans est, eadem cuiuspiam accedente iurejurando suppletorio cum effectu legali insultare, illumque ad solutionem adigere, cum alias scripturæ non aliæ recognoscendæ sint, quam propriæ, non vero alienæ, multo minus ipsius adversarii *Auth. si quis vult caute C. qui portiores in pignore, Auth. contra qui propriam C. de non numer. pecun.* nullibi enim legibus dispositum est, quod quis alienam scripturam recognoscere debeat, sed solummodo hoc de propria scriptura intelligendum venit. Hart. Pistor. *obs. 196.* Et quamvis observantia fori postea introductum fit, quod scripturæ alienæ privatæ certis in casibus recognoscendæ sint. Carpz. *Proc. tit. 14. art. 2. n. 55.* Illud tamen de scripturis privatis tertii, non vero scripturis propriis ipsius adversarii intelligendum venit. Quemadmodum itaque hoc mercatorum suppositum valde irregulare est, ita quoque modus procedendi plane irregularis & exorbitans inde proman-

navit, partim executivus, partim vero ordinarius, cum tamen processus, qui ex libris mercatorum constituitur ad neutrum horum commode referri possit. Commutare quidem videtur Dn. Klein, in *disp. de probat. que fit per libros mercat. cap. 3. §. 76.* eam procedendi rationem summariam, quam antea pro aris & focis defenderat, in ordinarium processum, dum probationem post litis contestationem rejicit, eamque usque ad conclusionem intra tamen terminum probatorium admittit, modo agens mercator eum, ceu factalem observet, utpote quo elapso, nec dilatione petita non amplius audiatur, sed omni jure cadat, nec liber ejus, ulla probandi efficacia amplius gaudeat, licet contumacia actoris a Reo non fuerit accusata, quem in finem quoque cautelam, quandam suppeditat, ut si intra hunc terminum actor probationem suam commode expedire non possit, prorogationem justo tempore petat; sed hæc omnia sine solido fundamento differunt. Cuilibet enim in praxi versato notum est, tantas ambages in judiciis nec admitti nec pro utilibus aut proficuis reputari, sed omnia quoad productionem dicti libri in processum irregularem inclinare ac degenerare, dum seposita omni litis contestatione, exhibita tantum copia rationis ex libro descripta monitorium de solvendo cum eventuali termino ad recognoscendum librum mercatoris advocati petere soleant, nisi solecissimi cujusdam practici incusari velint, præcipue cum in hac provincia ille procedendi modus, publica lege sit corroboratus in *ordinat process. Magdeb. emend. cap. 28. §. 2.* facta sic recognitione, nec solutione a Reo probata, statim juramentum suppletorium adjudicatur & ita processus executivus in ordinarium mutatur. Ayrer. *Process. Jur. cap. 9. obs. 8. p. 257.* Ex quo luculenter satis apparebit, illa, quæ supra a Dn. Kleinio de litis contestatione, probatione, ac termino probatorio allata sunt, in foro non attendi, quia hic nullus terminus probatorius præfigitur, sed ab implorante statim in primo termino per productionem sui

femiplene probatur, seponente omnem litis contestationem & recognitionem potius omni studio anhelante; Cessat hinc quoque pœna desertæ probationis; quia produicens non facta recognitione restitutionem expensarum petit, mediante contumaciæ accusatione, quæ non solum restitutionem expensarum, verum etiam arctiorem citationem operatur, quæ pœnam recogniti plerumque comitem habere solet, prævia tamen sententia declaratoria Mev. *Part. 2. decis. 327. num. 8.*

§. VIII. Hactenus insolentis privilegii seu potius perverse consuetudinis, quæ libris mercatorum femiplenam probationem attribuit, fundamentum, injustitiam, iniquitatem, abusum, pravas consequentias & irregularem ac confusum procedendi modum, consideravimus. Restant nunc breviter examinanda illa argumenta, quæ pro fide librorum mercatorum tuenda in medium proferri solent. Prodeat itaq; in medium novissimus hujus materiæ scriptor, mercatorumque strenuus defensor Andreas Christ. Rößener, qui in suo *de libris mercatorum tractatu cap. 8.* sequentes maxime rationes urget, inter quas I. est, publici commodi ratio, quoniam enim usus ac frequentia commerciorum reipubl. summe utilis & necessarius existit, mercatorum favorem hanc singularitatem efflagitasse; Alias II. perquam facile fieri potuisse, ut virorum honestorum bonæque existimationis fides labefactaretur, & multi mercatorum cum reipubl. detrimento a negotiationibus abstraherentur, quare necessarium fuisset, ut ejusmodi consuetudo, qua vis femi-probationis libris mercatorum attribueretur, contra juris scripti rigorem excogitaretur ac introduceretur. Quum III. æquitati admodum conveniens sit, ut quemadmodum mercatores in negotiatione sua, quam exercent aliorum fidem plerumque sequi tenentur, ita quoque in creditis illorum, ipsorum fidei aliqua ex parte credatur: Hinc IV. in Curia & judiciis mercatorum exulare debere apices juris, omniaque ex æquo & bono peragenda esse, Exigere enim

nim V. fidem, quæ inter mercatores exuberantissima esse deberet, ut solemnitates processus rigorosæ negligantur ac fusque deque habeantur, cum eorum maxime intersit, ut pecuniam cito consequantur ac proinde in eorum causis quam celerrime procedatur, ne fides ipsorum damnum incurrat. Quem in finem VI. mercatores collegium constituere, quæ autem collegia statuunt, rati habenda sunt, dummodo juri divino, naturali, civili & publicæ tranquillitati non contrariantur, licet VII. ista statuta a jure communi exorbitantia deprehendantur, quibus rationibus nonnulli adhuc VIII. addunt argumentum ab argentariis, nummulariis, ut & a tutorum rationibus desumptum.

§. IX. Verum enim vero cuncta ista argumenta non sunt tanti ponderis ac momenti, ut fidem libris mercatorum adscriptam salvare ac satis probare valeant, nam quantum ad *Imum* attinet, jam superius §. VI. dictum evictumque est, reperire & alios homines, qui in republ. si non magis tamen æque necessarii sunt ac mercatores, inque horum tamen gratiam nihil singulare constitutum legitur. Eorum autem ea propter adferere potest, ullum unquam inde in republ. damnum redundasse. Hinc non video rationem, quare mercatores prærogativam affectare aut sub ullo juris prætextu prætereendere possunt. Nec majoris momenti est. *Udum* Nemo enim tuto adfirmare potest, fidem mercatorum ea propter imminui & in perniciem incurrere, si illorum scripturæ privatæ non credatur. Agat mercator bona fide & juste nec de nimio lucro inhiet, nec cuiquam nisi testato credat, absteineat vero ab iniquo lucro der *Buch, Schulden* / *morin der credit mit mehy als doppeltem profit pfllegt angesehen zu werden* / tunc ejus fides & existimatio falsa semper & illæsa erit, licet scripturæ ejus privatæ nulla singularis efficacia tribuatur, utpote quæ omnem, quam habet fidem a scribente nanciscitur, si vero hic deceptor est & subleste fidei homo, sane nec ejus scripturæ fides

erit habenda, nam nec conditio, nec integritas, nec auctoritas nec ipsa personæ sanctimonia per se fidem facit aut singularem agendi, statuendique rationem inducit, quotiescunque alterius damnum ac detrimentum vertitur. Cravett. *Conf. 500. n. 18. Cothman. resp. 11. n. 32. vol. IV.* Et sane metus admodum vanus est, mercatores ideo, quod illorum scripturæ non amplius credatur, a mercatura cum reipubl. detrimento destituros esse, quoniam ipsis nimis dulce est lucrum, quod occasione mercaturæ percipiunt. Quod si tamen aliorum defraudationibus fides & bona illorum periclitari incipiunt, aliis remediis jure receptis ipsis succurrendum est. Sapiunt quoque *Illium* æquitatem vere cerebrinam, quia emtor potius venditoris, quam venditor emtoris fidem sequitur, nam si venditor fidem emtoris sequeretur, mercatoris sane annotatione non esset opus. Nonne autem interdum contingit, ut mercator periculum debiti incurrat, licet ipsius libro semiplena vulgo attribuaturs fides. Hoc quidem quoad *IVrum* libenter concedo, quod in foris & curia mercatorum solennitates ac subtilitates processus exulare debeant, quia compertum habemus, per lites diuturnas & immortales haud leve Reipubl. inferri damnum, hoc tamen eo non est extendendum, ac si solæ mercatorum causæ eo privilegio dignæ sint, sed omnium mortalium lites eodem beandæ veniunt, dummodo requisita processus essentialia, quæ ad veritatem eruendam necessaria sunt, adserventur, hæc enim ex certis rationibus introducta neutiquam sunt tollenda. Baldus in l. 10. *C. mandati n. 14. Rotæ Genuæ decis. de mercatura decis. 195 n. 12.* Ast perniciosum valde & iniquum est adsertum, privatæ alicujus scripturæ fidem ad stipulari *L. exemplo 7. C. de probat.* Nec proficit *Vrum*, quia tanta non est mercatorum fides ut ea, quæ veritatem negotii explicant & ad substantialia iudicii pertinent, admittere non debeat, nec defunctis ipsis alia remedia promptissima, quibus citius debita sua consequi possunt, quorum in numero est, Chyrographum ab emtore datum

tum, subscriptio rationum dederit *Auszügen und Cram-Zetteln* & hujus generis aliarum confessiones vid. *L. Sicu 8. §. 15. ff. quibus modis pignus vel hypoth. fol. l. 11. C. qui potiores sunt in pignor. Menoch. de arbitr. Jud. quest. 94. n. 14. Rot. Genue decif. de mercatur. decif. 106. n. 1.* His adde literas Cambiales sine omni strepitu forensi debitum liquidū facientes, quæ longe faciliorem viam subministrant ea, quæ nobis debentur consequendi vel denique debitori, cujus fidei mercator credit, juramentum deferre poterit? Quum itaque his ordinariis promptissimisque remediis stipatus maxime securus est mercator, quid opus est ad extraordinaria confugere. Denique quod ad *Vtrum & Vltimum* attinet haud invito concedo, mercatores collegia constituisse & statuta quædam specialiora condere posse, attamen hic bene notandum est, quod illa, licet a collegio licito sint, ipsorumque negotiationem respiciant, ac denique superioris confirmationem habeant comitem, neminem tamen, qui non est de isto collegio, stringere valeant, quamvis membra istius collegii ex pacto teneantur. *Illust. Dn. de Lincker. de Stat. civil. Provinc. §. 4.* Cæterum quod *IIX. loco* proferebatur argumentum ab argentariis & nummulariis desumptum nulla ratione concludit, quia illi a nostris mercatoribus toto cælo differunt, quippe quorum officium publicum est, ideoque publicam causam habere dicuntur in *l. argentarius 10. §. 1. ff. de edendo. Rot. Rom. Part. 3. decif. 114. n. 5.* A republica enim eliguntur, fidesque illorum publice approbatur & pecuniæ apud eosdem quasi in foro publico deponitur, quas & in suis libris diligenter consignant. *L. 8. ff. deposit. l. argent. 10. ff. de edendo. Hillig. ad Donell. lib. 23. cap. 7. lit. G.* Equidem non potest negari, ipsos inde non mediocre lucrum percipisse *arg. l. 6. §. 5. ff. de edendo. Menoch. de arbitr. Jud. quest. 499. n. 38.* Mercatores autem nostri hoc modo, quo argentarii & nummularii publicam causam non habent, neque tantum solennitate argentariam gerunt, sed homines privati sunt, ad quorum fidem publica auctoritate non approbatam

nun.

nunquam recurri solet Menoch, *loc. cit.* Et quamvis hi rationes suas etiam conscribant, illæ tamen publicam causam non respiciunt, sed tantum eorum emtiones & venditiones tanquam nuda negotia privata. Proinde illorum libris domi & privatim scriptis tanta fides non est habenda Menoch, *cit. loc. cas. 91. n. 19.* Scacc. *de Judic. lib. 2. cap. 11. n. 100.* Anton, Faber, *in Rational. ad L. argent. 10. §. 1. ff. de edendo.* Accedit, quod in jure nostro nihil singulare de mercatoribus eorumque libris sit concessum, licet ætate argentariorum jam Romæ mercatores fuerint Hillig. *ad Donell. lib. 23. cap. 7. lit. H.* Merito itaque argumentatio ab argentariis eorumque instrumentis ad nostros mercatores eorumque libros desumpta, exploditur. Idem de tutorum & curatorum rationis judicium esto Gilken. *ad l. 5. C. de probat. n. 22. §. 24.*

§. X. Ex dictis hætenus evidentissime ut opinor, nunc cuilibet patebit, libris mercatorum ceu scripturæ privatæ nihil fidei tam per se, quam per adfidentiam juris inesse, privilegium quod ipsis vulgo attribuitur, neque ratione neque æquitate niti, sed potius variis iniquitatibus ansam subministrare atque ad delinquendum invitare. Hinc serio & ex animo optandum, ut erronea hæc Dd. opinio contra jus commune introducta & consuetudine irrationabili suffulta publica autoritate & lege abrogaretur & favor erga mercatorem, cui illud unice inicitur, alia ratione & modo promoveretur, sic enim futurum, ut multæ iniquitates & perjuria in judiciis evitarentur, sui autem porro mercatoribus ita saveatur, certo prælagire ac præcognoscere licet, illud vario eaque haud levia mala Reipubl. daturum esse, quia nemo mortalium, cui non est peculiare jus quæsitum, prærogativam præ aliis prætereundæ ac adfectare, sed unumquemque sibi æqualem reputare debet. Excell. Dn. Thom. Juspr. *divin. lib. 2. cap. 3. §. 15. seqq.* Puffendorff. *de J. N. & G. lib. 3. cap. 2.*

§. XI. Absit tamen a nobis longissime, ut hætenus dicta

dicta eo sensu accipiantur, ac si omnium privatorum libros suspectos facere omniumque fidem in dubium vocare velimus, quin potius ingenue confitemur, nos & mercatorum libros magnificare, quatenus ad negotiationes rite instituendas & rationes legitime conficiendas pertinent. Quod si vero ejusmodi eum in finem confecti censentur, ut in tertii præjudicium vergant, variaque detrimenta iis hominibus pariant, qui nihil vel parum commercii cum mercatoribus instituerunt, vel ad exsolvenda debita sua promti admodum ac proclives sunt, tanquam extra orbitas nullius momenti ac subleste prorsus fidei existunt. Econtra viri alicujus probatæ fidei liber magnarum ipsius negotiationum rationes in se continens tam ob singularem ubique notam fidem scribentis, quam formam in iis conspicuam scilicet quod magis in suam suorumque noticiam de tota illius negotiationis ratione, quam ad emonitionem aliorum conscripti inveniuntur, omniaque in eo contenta hæcenus a nemine contradicta fuerint merito magnam præsumtionem inducunt, quæ onus probandi in adversarium rejicit, vel accedente jurejurando probationem facit, intra talem enim librum nulla cadit suspicio. Quapropter non dubito de iis mercatoribus, qui merces nec minutatim nec mutata forma distrahunt, die en gros Handeln adserere, quod ejusmodi liber ab iis confici possit, qui tam ob fidem scribentis quam formam debitam si non plenam, tamen minus plenam facere queat probationem. Ne vero hoc adsertum in malum aut incommodum trahatur sensum, horum mercatorum libri probe distinguendi sunt. Dantur enim in ejusmodi vasta & in dies ingrandescente negotiatione libri varii, quos in totales & partiales commode poteris dividere. Dicitur autem totalis liber, qui ab ejusmodi mercatore, quem jam descripsimus confectus compositusque est, non quidem eum in finem, ut ex eo contra emtores varios experiri liceat, sed ideo ut commerciorum rationem, quam mercator a capite ad calcem negotia-

H

tio-

tionis suæ observavit, repræsentet, data & accepta contineat, lucrum & damnum exprimat, & uno verbo totam negotiationis indolem ante faciem exhibeat. Nullum enim dubium est, quin talis liber si mercatori cum emtore quodam controversiæ hujus obviant, tali libro aliquam præsumtionem tribuendam esse. Quod tamen de libris partialibus in quibus res quotidiana & particulares negotiationes consignantur dici & affirmari nequit, si itaque obvians controversia, quod ipsi cum emtore suo intervenit, sine strepitu forensi decidi corrigique non potest, sed ad iudicium provocandum & casus iste dubius decisioni iudicis submitendus, libro isto totam negotiationis indolem ac faciem repræsentanti, si non plena, aliqua tamen fides a iudice tribuenda & accedentibus aliis administratis suppletorio locum facit. Idem iudicium est, si mercatoris heredibus cum emtore quodam similis casus obviant. Non tamen hoc pro privilegio mercatorum singulari habendum, sed cuiuscunque viri honesti ac probate fidei similis privata consignatio, accedente eo usque omnium approbatione, æqualem præsumtionem merito operabitur.

§. XII. Distinguendi tamen ab hoc mercatoris libro adhuc sunt libri ac rationes illorum, qui Banco publico præfunt, quum enim si publ. autoritate fulgeant, Argentariorum Romana in republ. florentium faciem ac exemplar repræsentent, publica eaque plenissima fide digni sunt existimandi. Nam Bancum notat illud negotiationis genus, quod in pecuniis commutandis consistit & publica autoritate approbatum est, quo pecuniæ vel nummi apud Callarios, pecuniarum depositarios Magistril. *decis. 238.* vel Banceros in securitatem creditorum & utilitatem debitorum numerari deponantur, ut dominium transeat arg. *L. 9. in fin. l. 10. ff. de R. C. l. 2. §. 4. l. 26. §. 1. §. 25. §. 1. ff. de pos.* Quod si itaque Banco præpositorum libri in iudicio producantur, plena & intemerata sit pro illis fides, quam iudex in decidendis causis secutus sequi potest ac debet.

TANTUM

UNus multorum scopus est, sed progrediuntur
Per pauci recta, qua decet ire, via,
Delectat splendor per magnus honoris; at ædes
Virtutis multi non referare volunt.
Virtutis radix multos deterret amara:
Hinc nec virtutis præmia magna ferunt,
Ast Tu MICHELIS longe es prudentior hisce,
Cum Tibi fat gratus sit labor ille gravis.
Perge, velut cœpisti, apices conquirere juris,
Et Tibi continget summus honoris apex.

*Clariss. Dn. Candidato ita
gratulatur*

Samuel Strykius JC.

HENRICUS BODINUS,
NOBILISS. ET CONSULTISS. DNO,
DN. MICHAELI
Pro Licentia disputanti s. pl.

SIC VIR CONSULTISS. privatas Mercatorum scripturas in dubium vocans, te veram jurisprudentiam sectari demonstras quippe privatas Doctorum opiniones rejiciens, nihilque in foro externo justum reputans, nisi cui publica Legum autoritate, vis cogendi tanquam anima juris inest. Neque enim a privati arbitrio, illud, quod cuique tribuendum,

H 2

ne-

neque ex verbis legum captatis dependet, sed ut quis invitus alteri aliquid præstare cogatur, requiritur ut constet superiores a quibus cogendi potestas dependet, ex certa ratione hoc voluisse, illamque rationem, & in illa fundatam legis dispositionem, in proposita causa obtinere; Et quemadmodum Veteres JCI pro exactiori illorum soliditate, aliorum opinionibus non insistentes turpe judicarunt, sine lege aliquid decernere, sic majori adhuc turpitudine laborant, qui juxta cortices legum versantes, illas citra rationis fundamentum applicant, vel etiam suam indevotionem legitimis quasi velamentis adumbrant, quos nec lex NON OMNIUM tanquam commune ignorantiaæ asylum, nec aliorum tradita in conscientia tutos reddere poterit; Tu ergo, Amice optime, meliorem viam elegisti, aliorum doctrinas juxta solidam juris harmoniam trutinando, quo verum justitiæ Sacerdotium ingrederis; Macte ita porro virtute ac eruditione tua & nunquam a justitiæ tramite desiste, ut fidelis hujus cultor inventus ad plura & majora adhibearis; semperque in hac & altera vita uberrimos fructus laboris tui consequaris, interim Vale mihi que fave. Dabam Halæ Magdeb.

15. Dec. 1707.

Satis

Sistis TE, MICHAELIS, demitorem
Hercule longe præstantiorem
dum Hydram lernæam,
non quidem in agro Mycenæo delitescentem,
Sed in tabernis ac judiciis
hinc inde serpentem
venenaq; sua evomentem
toties capite amputatam
nunquam vero exustam
exanimas,
puta,
communem Doctorum opinionem.
Dignum est Nomine Tuo hoc facinus,
quod non humanæ genti, sed Seraphico ordini
acceptum refers,
Præstitisti enim TE verum MICHAELEM,
Archangelumque istum cœlestem imitans
Draconem cyclopem juris & æqui scientiæ infensum
ex Jctorum cœlo exterminasti,
qui
contra fas est juris analogiam mentes hominum occœcatas
eo abduxit,
ut uno ore adsererent,
fidem esse habendam scripturæ mercatorum privatæ.

*His Clarissimo Candidato de libris mercatorum
suspectis pro impetrando Doctoris gradu
publice ac solemniter disputanti gratula-
bundus adclamat omniaque fausta pre-
catur*

Ioannes Reiche D.

Ustrea

Aereca wird / mein Heer / Ihm heute anvertraut/
Drum auch ein treu Gemüth / diß Denckmaäl
Ihm erbaut/

Sein ungemeyner Fleiß den man seither Igespühret/
Dem heut Iustinian mit Samt und Purpur zieret.
Die *Doctor*-Würde Ihm zu wege hat gebracht /
Indem Eusebie / Ihm freundlich ist anlacht/
Ich wünsche Glück darzu aus wohlgesinntem Herzen.
Der Höchste Ihm bewahr / vor allen Leyd und Schmer-
hen/

Er gebe Glück und Heyl zu allem seinen Thun/
Daß es gereiche stets zu Gottes Ehr und Ruhm/
Er laß Ihm steigen fort / auff diesem Rund der Erden/
Damit ein Ulyssian / einst aus Ihm möge werden/
Der GOTT getreulich dient / und Menschen auch
erfreut /

So wird sein Namens-Ruhm vergehn zu keiner Zeit.
Das wünschet von Herzen ein treuer
und wohlgesinnter Freund / der da
ist und heist.

Gut Deutsch.

Michael Dieterich Michaelsen (1291)

per Cabalam

PER ASPER A, AD ASTRA (1291.)

SONNET.


Mer so / wie Er / mein Freund / erkieset der Tugend
Bahn/
Durch Fels und Dornen nicht den rechten Weg ver-
lieret

Und

Und ihm stillschweigend selbst zuspricht: Nur frisch heran/
Ist gleich die Strasse rauch/thu ich/ so viel ich kan/
Der wird zuletzt ins Schloß der Ehren' hingeführet/
Wo sein gelahrtes Haupt mit Purpur wird gezieret
Mit dieser Überschrift: Es gehet endlich an/
Weil ungemeiner Fleiß auch grossen Lohn gebietet.
Ja wohl! es geht schon an/Er soll nunmehr erlangen/
Was Er durch seinen Wiß vor langer Zeit verdient/
Die Lorbern so ihm längst im Helicon gegrünt/
Schaut jeho jederman an seinem Haupte prangen.
Nun wohl! Er grüne dann so lang man Lorbern kennt/
Und Ihn/ mein werthster Freund/ der Rechten Doctor
nennt.

Also wolte von Herzen gratulirend noch,
mahlen sein Andencken recommendi-
ren/einer/ dessen Wahlspruch heist:

Morando Festina Lente.



Die beyde Seiten der Tischarten
 werden mit einem dicken
 Stroh beschlagen und
 mit einem dicken Leinwand
 beschlagen. Der Tisch
 wird mit einem dicken
 Leinwand beschlagen und
 mit einem dicken Stroh
 beschlagen. Der Tisch
 wird mit einem dicken
 Leinwand beschlagen und
 mit einem dicken Stroh
 beschlagen. Der Tisch
 wird mit einem dicken
 Leinwand beschlagen und
 mit einem dicken Stroh
 beschlagen.

Morand's Zeichnung.



ULB Halle

3

001 512 765



56



58

1707 40

5

D. B. V.

UNIVERSITATIS JURIDICA
DE

BRIS
ATORUM
PECTIS,

QVAM
MAGNIFICENTISSIMO,
PRINCIPE AC DOMINO,
PO WILHELMO,
SIAE, MARCHIONE BRAN-
NB. CETERA,
R AES IDE

ICO BODINO,
TENTISSIMI REGIS BORUSS.
IN DUCATU MAGDEBURG.
OF. JUR. ORDIN.

summe devenerando,
LICENTIA

re Honores & privilegia Doctoralia
legitime impetrandi
TORIO MAIORI
Decembr. MDCC VII.

ante & pomeridianis
DITORUM DISQUISITIONI
SISTIT
DERICUS MICHAELSEN,
HOLSATUS.

MAGDEBURGICAE,
GRVNERI, Acad. Typogr.



Farbkarte #13

B.I.G.